

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Sophista, vel, de eo quod est, vel, de ente

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)



ab illis accipit, ipsam animalium fabricam, quae sit secundum mortaliu[m] rationem. Hic ei quod non est incubit, quia quae sunt in materia gignit. Et quod reuera falsum est, diligit in materia. Simul autem in id quod verum reuera est, respicit. Est & multiceps, quonia[m] sibi essentias vitasque multas vendicavit, per quas varietatem generationis ipse disponit. Idem quoque magus est generatione, dum animas naturalibus rationibus mulcet, et allicit, adeo ut egre a generatione amoveantur. Quintia[m] & amor magus, et natura maga a nonnullis dicitur, propter reciprocos attractus atque illecebras, quae secundum naturam procedunt. Nunc igitur omnifariam sophistam declarare vult. Etenim philosophus sophista est, quippe cum celestem opificem, et generationis opificem imitatur. Et distinctiva facultas progressum reru[m] ab uno imitatur, et generationis opifex celestem opificem. quare sophista est. Atque et ipse homo sophista, quia magna imitatur, Sophista dicitur. Et edcirco sophista[m] multiplicem appellavit. Eleates hospes se praesentat patrem opificu[m], supercelestem & absolutum. Auditores autem opificis intelligentias. Ille quidem Iouis, hic naturae angelicae tanquam interpretator ac geometricus. Et quonia[m] opificium ab imperfecto incipiens in perfectum desinit, hospes ille primum cum Theodoro, deinde per conversionem cum proprio Socrate versatur.

Amor magus & natura maga

PLATONIS SOPHISTA, VEL, DE EO QVOD EST, VEL, DE ENTE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



OST The etetum de scientia, legendus est Sophista de ipso ente, quod scientia est obiectu[m]. Dicitur vero hic de ente differitur circa quod versatur philosophus, tractatur interim de no[n] ente, ad quod sophista declinat. Apud Pythagoram & Platone[m] sophus, id est sapiens, solus est Deus. Philosophus autem verus imitator dei. Sophista ambitiosus et fallax philosophi emulatur. Sex Plato Sophistae definitiones adducit. Quonia[m] vero definitio haberi absque divisione non potest per quam ab ipsa re definienda quae ipsius non sunt separatur, genusque ipsius per differentias dividatur, ex quibus tandem simul et genere componantur species atque definiantur, idcirco Plato Sophistam definiturus, exactissimas primu[m] partitiones excogitat, admonens neminem oino latentem rei cuiusque naturam discernere posse, nisi ea penitus ab aliena qualitate seceverit. Promde entis atque non entis descriptiones pro viribus effert, atque ens, quemadmodum & in Parmenide, subiicit uni: Entis quinque numerat genera, essentiam, id est, & alteru[m], statumque & motum. Docet veram quidem essentiam rebus incorporeis convenire, imaginariam vero corporeis. Eos praeterea qui incorporea negant, admodum detestatur: eos insuper qui vel omnia moveri solent, vel solum manere putant. Item de scientia atque de opinione & oratione vera vel falsa, de verbo & nomine disputat, quatenus ad entis ipsius disputationem pertinere videtur. Demum postquam de sophista simul ac philosopho disputavit, divina quadam librum concludit sententia, videlicet res naturales, opera esse dei. Siquidem omnia naturae opera a divina quadam sapientia mundo infusa probaverat proficisci. Res autem umbratiles, & fallaces, aut dæmoniacas esse postulat. Ibidem et sophista nobis occultum esse inquit tanquam non entis, id est, falsi tenebris involutu[m]: & philosophu[m] pariter occultu[m] esse, quamvis alia ratione, quia videlicet entis ipsius, id est, divinae veritatis splendore undique circumfusis vulgariu[m] intuitu[m] animo[r]u[m] prorsus exuperet.

Apud Pythagorā, et Platone[m] sophus est solus deus. Quis philosophus.

Res naturales opa dei.

THEODORVS, SOCRATES, HOSPEVS, ELEATES, qui forte Melissus est, THEAETEVVS.



ENIMVS, o Socrates, et ipsi pulchre, quemadmodum heri inter nos convenit, & hospitem hunc nobiscum ducimus Eleatem, Parmenide[m] atque Zenonem alteru[m], virum apprimè sapientia[m] studiosu[m]. s. o. c. Fortè, o Theodore, dum virum hospitem tecum ducere credis, deum quendam ducis. Inquit. n. Homerus,

Occasio dialogi.

cum deos alios, tum maxime hospitalem deum, inter ho[m]ines qui iusti pudoris participes sunt, versari, et hominu[m] contumelias iniuriasque inspicere. Te forsitā & hic est superis vnus huc secutus est, ut nos qui a disputandi rationibus aberramus, examinet atque corripiat: atque ipse redargutionis est deus. THE. Haud mos hic, o Socrates, huius hospitis. Sed modestior est, quam hi qui contentionibus student. Mithi nullus hominu[m] deus, sed diuinus aliquis esse videtur. Oes equidem philosophos, diuinos appello. s. o. c. Et rectè quidem amice. Genus autem philosophoru[m] haud multo facilius, ut ita dixerim, quam deoru[m] discernitur. Oes enim quicunque non fecte, sed verè philosophantur, propter alioru[m] inscitiam omniformes apparent, dum verbes circumueunt, & velut ab excelsa quadam specula inferioru[m] vitam prospectant. Atque hi a quibusdam nullius aestimantur, a nonnullis summopere honorantur. Et interdum quidem civiles apparent, alia[m] sophista, nonnunquam aliquoru[m] opinione insani prorsus habentur. Quapropter percontari hunc hospitem cupio, si modo gratum illi futurum sit, quid de his rebus familiares eius Eleates sentiant, quid esse dicat, & quo nomenent. THE. Quenā ista? s. o. c. Sophistam inquam, civile[m] philosophu[m]. THE. Quid verò potissimū, & quale circa hac dubitanti tibi sciscitari libet? s. o. c. Hoc, verū vnū hac omnia, an duo esse uelint. An quaedam admodum nomina tria, tria quoque genera distinguētes, singula nomina generibus singulis adscripserint. THE. At nihil, ut arbitror, prohibebit, quo minus hac uobis exponat. Tu verò quid ais, hospes? HOS. Quod et tu, nihil sanè prohibet, neque dictu[m] difficile est, quod tria esse putauerint. Singulatim verò distinguere, & quid vnumquodque sit definire, neque paruum opus est, neque facile. THE. In eandem fortè questionem, o Socrates, incidisti, in qua & nos antequam huc accederemus. hic autem qua tibi nunc, eadem tunc nobis respondit, audisse se quidem, et recordari. s. o. c. In eo igitur quod primū rogauimus, gratificari nobis debes, o hospes. Verū nobis id in primis declarare. Vtrū per te ipse perpetua oratione quod inferre velles, exponere consueueris, an potius interrogando quemadmodum solebat Parmenides: quē ego adolescens audiui quondam ita disputantē admodum senē, rationesque pulcherrimas asferentē. HOS. Si facile quis & apte respondeat, facilius est cum alio interrogando differere: sin contra, per seipsum quisque facilius disputat. s. o. c. Licet igitur quemcumque vis, ex his eligere. Oes enim libentissimè obsequuntur. Ego uerò tibi consulo, ut iuuenem quempiam eligas, vel hunc Theatetū, vel alium quicumque tibi aptior videatur. HOS. Pudet me o Socrates, quū nunc primū vobiscum loquar, non uicissim uerbu[m] uerbo reddere, sed prolixum sermonē inceptare, siue solus ipse per me, siue cum alio respondente, demonstrationis gratia disputaro. Quod. n. modo quasi uel est, nemo leniter explicari posse confidat. Longa nanque disputatione indiget. Contra verò, si tibi & istis, praesertim quum ea modeste rogaueris, non obtemperē, agreste quiddam, & ab hospitis mansuetudine alienū mihi fore uideatur. Quippe cum disputationis comitem Theatetum hunc ex his quae et ego dicebam, & tu modo iussisti, sim habiturus. THE. Ita certè, o hospes, quemadmodum inquit Socrates, cuius gratificaberis. HOS. Nihil aduersus hac ueterius Theatete, dicendū. Tecum deinceps agendū mihi, quod si fortè sermonis prolixitas tibi fastidiosa cōtinget, et labo

Inter ho[m]ines pudētes versari Deum.

Parmenides disputa bat interrogando.

re



re granaberis, nō me obsecro sed hosce tuos familiares, qui in causa sunt, accusato. THE. Nihil molestū fore arbitror, nam si forte me defatigari contigerit, hūc Socratem adhibebimus, Socrati quidem nomine similem, mihi exercitationis sociū, & aequalem, cui mecum laboriosa multa peragere non est insuetum. HOS. Probē loqueris, & de his quidem procedere sermone tecū ipse deliberabis. Cōter vero mecū tibi nunc considerandū, incipiendumq̄, ut mihi videtur, ab ipso Sophista, et quid sit in primis definitum. In presentia porro tu simul ac ego huius cōmune solū nomen habemus: rem verò ipsam quae nomine designatur, aliter forte vterq̄ nostrū cogitat. Præstat aut in sin-

Cognitionē rei cum rōnibus quam nominis solū pellere. Vetus sūta circa magna cognoscenda.

Translatio faciēda ad faciliora, ut cognoscatur quod quæritur.

Artiū oīum diuisio.

gulis rem ipsam cum rōnibus quam nomen solum absque rōne perspicere. Quod profecto nunc inquirimus Sophistæ genus, haud facile definitū pot. Vetus est oīumq̄ cōis sententia, si quis ea quae magna sunt, recte transigere velit, in paruis quibusdā prius illa facilioribusq̄, quam in maximis cōsiderare debere. Equidem Sophistæ genus arbitratus difficile posse cōprehendi, nobis oī Theatete, consulo, ut ante in alio quodā faciliore progressum illius præmeditemur. Nisi tu forte commodiorem viam ostendas. THE. Nullā habeo cōmodiorem. HOS. Visne exiguum quiddā & vile in medium adducamus, maioris ipsius exemplū? THE. Volo. HOS. An non proponendū notū quiddā atq̄ exile, quod nihilominus ad maiorū intelligētiam conferat? qualis homo piscator est. Leue. n. quiddā est, & exile. THE. Certē. HOS. Viam tamen & rōnem ad id de quo agimus, aptam habere videtur. THE. Optimē ita res se haberet. HOS. Age hinc exordiamur. Dic vtrū ipsum tanquam artificiosum, an artis expertē, alterius verò potentia cuiusdā participem ponere debeamus? THE. Nullo modo artis expertem. HOS. Artiū fermē oīum species duae sunt. THE. Quae? HOS. Agricultura, & cuiuslibet mortalis corporis cura, & facultas oīum quae circa cōpositum quodlibet fictūm uersatur, quae cōmuniter supellectilia dicuntur, & quae haec imitatur, vniuersa inquit facultas hōis uno quodam cōmuni nomine nuncupari debet. THE. Quonam pacto? et quo nomine? HOS. Quoties quod antea non erat, in esse quis deinde perducit, quod agit, facere: quod agitur, fieri dicimus. THE. Rectē. HOS. Cūctā quae paulo antè retulimus, ad hoc vim habent. THE. Habent certē. HOS. Summatim itaq̄ illa effectricem facultatem denominemus. THE. Esto. HOS. Disciplina verò, & cognitionis species vniuersa, et quæstus certaminisq̄ ac venandi peritia, ars acquirendi summatim vocanda videtur: quippe cū nihil ex his quicquam fabricet: quae verò sunt, & fuerunt, cōparet, partim sermonibus actionibusq̄ capiens, partim capientibus non concedens. THE. Decet. HOS. Cum oēs artes, aut in acquirendo, aut in efficiendo versentur, quo in genere peritiam piscandi ponemus? THE. In eo videlicet quod acquirit. HOS. Nonne eius quod acquirit, duae sunt species? Vna inter Volentes cōmutatio, dono, emptione, mercede. Altera mancipatio uel opere uel sermone facta. THE. Ex his quae dicta sunt, sic esse constat. HOS. Mancipatio verò duplex. THE. Quae rōne? HOS. Vna quidē patens, quae certando capit. Altera latens, quae uenādo. THE. Ita est. HOS. Venatoriam quoq̄ bifariam diuidere decet. THE. Quo bifariam? HOS. Aut. n. rem expertem aut, aut animalā uenatur.

THE. Quidni? Siquidē ambo haec sunt. HOS. Sūt profecto. Et oportet quod ad inanimū pertinet, nomine carēs, dimittere, et quasdam natatoria facultatis partes, & alia hōis exigua praefermittere. Animatorū uero capturam, animalū Venationem vocare. THE. Sic esto. HOS. Venationis huiusmodi merito duae sunt species. Vna quidē gressibilium animalū Venatio, varijs speciebus nominibusq̄ distincta. Altera verò agiliū, quae fluentium Venatio nominatur. THE. Omnino. HOS. Agiliū verò quadā pennis per aerem, quadam per aquā uagantur. THE. Certē. HOS. Volantiū Venatio, aucupium nominatur. THE. Procudubio. HOS. Aquatiliū verò, ferē summatim piscatio. THE. Omnino. HOS. Piscatorem aut nōne in duo maxima membra diuidimus? THE. Quana ista? HOS. Aut. n. retinaculis, aut percussione piscamur. THE. Quonā pacto vtrūque distinguis? HOS. Quicquid coercendi gratia cohibet, aliquid cōprehendendo, retinaculū nominatur. THE. Prorsus. HOS. Nasam, retia, laqueos, verriculū, ceteraq̄ hōis, nūquid aliter quam retinacula uocabis? THE. Haud aliter. HOS. Hic igitur, et alius similis uenādi modus qui cohibēdo perficitur, piscationis spēs quadam est. THE. Est. HOS. Extat species altera quae hamis & fuscinis captat. Hāc percipientē piscatorem cōter appellare decet, nisi tu forte quid pulchrius afferas. THE. Nō est mihi cura nomē, hoc porro sufficit. HOS. Alij quidem nocte hoc efficiunt ad ignis lumē, quapropter ignifera piscatio nūcupatur. THE. Prorsus. HOS. Alij die in extremo uirga cuiusdā ferētes vncū tridentibus usi. Vnde cōtorta et vncā oīs haec piscatio nominatur. THE. Cōstat. HOS. Qui piscādo percussit retorto quodā instrumēto, et fuscina à superiori parte ad inferiōre demittit, tridētea et fuscinali piscatione vti dicitur. THE. Ferūt. HOS. Restat spēs altera. THE. Quana? HOS. Percussio quadā hamo facta, cōtra ac superior, neq̄ in qualibet pisciū parte, sed in capite et ore dūtaxat, ab inferiōri parte ad superiorē uirgis et calamis retrahēs. huius quid potissimū, oī Theatete, nomē esse dicemus? THE. Videtur quod suprà proposuimus exquirendū, nunc iam perfecisse. HOS. Nunc igitur piscationis non modo nomē ego hac tu cōmuni snā instituiamus, uerū etiam rōnem ipsius operis sufficienter accepimus. Vniuersa porro artis diuidiū in diuisione fuit, quae in acquirendo uersatur, ac huius dimidiū quae capit, et huius rursus dimidiū quae mācipat: huius Venatoria: Venatoriae animalium praeda: huius agilis animalis captura, agilis vniuersaliter piscatoria: piscatoria, percussio atq̄ tundens piscatio: percussio, quae vncō piscatio sit: huius deniq̄ percussio quae sursum uersus ab inferiōri parte conficitur retrahendo & inde nomen sortit a retrahens et hamatoria piscatio dicitur. THE. Abūde hoc ostensum est. HOS. Atqui secundū hoc exemplū, quid est Sophista inuenire statuiamus. THE. Prorsus. HOS. Illudq̄ imprimis quæsitū est vtrum ipsum qui amo piscatur, rudem penitus, an artis alicuius participē ponere debeamus. THE. Ita est. HOS. Et nunc quidē Sophistam, rudemne an callidum appellabimus? THE. Nullo modo rudem. Intelligo equidem non oportere illū qui ita uocatur, inertem esse, sed arte quadā instructū. HOS. Quae igitur arte? nunquid haecenus cognationem istorū mutua ignorabimus? THE. Quorum? HOS. Hamatoris atq̄ Sophistae. THE. Quemadmodum? HOS. Venatores quidam

Videtur  
VGT  
Vix  
Vix, lego  
dū in ex  
plari Gra  
co.



quidā esse mihi ambo videntur. THE. Quam prædā hic alter insequitur? de altero nanq̄ diximus. HOS. Prædā uniuersam bifariā partiti sumus: in natante, atq̄ gressibile. THE. Profectō. HOS. Et venationem quæ natantia aquatiliāq̄ persequitur, profecti sumus: eam uerō quæ gressibilia, p̄missimus, et quod multiplex esset, adiunximus. THE. Proculdubio. HOS. Hactenus hamator et sophista ab arte venatoria aequè proficiscuntur. THE. Videtur sanè. HOS. Ab animalium venatione quidā in mare descendit, fluminaq̄ & lacus & in his animalia ipsa uenatur. THE. Quidni? HOS. Quidam aut̄ in terras et fluuios uelut in præda quadam, iuuentute et diuitijs abundantia, in his animalia captaturus. THE. Quo pacto? HOS. Venationis q̄ terra fit, duæ maximè partes sunt. THE. Qualis utraq̄? HOS. Vna domesticorum, agrestium altera. THE. An est ulla domesticorum venatio? HOS. Pone qua dicam, ut lubet, aut. n. est homo domesticum animal, aut nullum animal est domesticum, uel aliud quoddam mansuetum; homo aut̄ aī al ferum: siue mansuetus homo quidem, sed hōis venatio nulla. Ex his quod magis tibi cōsonat, in præsentia determina. THE. Arbitror equidem hospes, & nos mansuetum esse animal, & hominum esse venationem. HOS. Duplicem igitur & domesticorum uenationem statuimus. THE. Quæ rōne? HOS. Prædatoriam, & quæ redigit in seruitutem, tyrannidē insuper, & militariē captiuitatem, cuncta hæc uiolentiā cōmuniter venationem asserimus. THE. Optimè. HOS. Quæ uerō iudicando fit, uel concionando, uel cōciliando, summam persuasionis artificium nuncupamus. THE. Rectè. HOS. Huius duo sunt genera. THE. Quænam? HOS. Publicū & priuatum. THE. Extat species utraq̄. HOS. Priuata rursus persuasionis venatio, aut mercede fit, aut muneribus. THE. Haud intelligo. HOS. Amatorū venationem nunquā considerasse uideris. THE. Quæ in re? HOS. Quod illi quos cōperit, munera insuper exhibent. THE. Vera narras. HOS. Hæc itaq̄ artis amatorie spēs esto. THE. Esto. HOS. Sed ea quæ mercede fit, aut uersatur ad gratiā, voluptatisq̄ illecebras parat, ut inde alimēta pro mercede dūtaxat accipiat, quam adulationē uocamus, artem voluptatum machinatricem. THE. Certè. HOS. Aut uirtutis ostendendæ gratia cōuersari se profitetur, & pro mercede pecunias exigit, idq̄ genus alio nomine nuncupandū uidetur. THE. Quidni? HOS. Quoniam? exprimere tenta. THE. Cōstat planè. Sophistam nāque iam reperisse uidemus, & hoc nomen huic maximè cōgruere arbitror. HOS. Ut ex hac disputatione colligitur, cōstat, de Theatete, sophisticam facultatē appellandā esse artem quæ in conciliando cōparandoq̄ uersatur, animaliumq̄ gressibilibus et terrenorum domesticorumq̄ uenatio est, horum uidelicet priuata captura ob nūmorum mercedem, et iuuenū diuitum atq̄ nobiliū opinione uirtutis disciplinæq̄ irretitio. THE. Prorsus ita dicendū. HOS. Præterea hoc modo cōsideremus. non. n. uilis cuiusdam artis, quod nunc queritur, sed pulchra admodum particeps est. Etenim ex ijs quæ supra diximus, per imaginē quandam coniectare licet, non huius generis, quod diximus, sed alterius esse. THE. Cuius igitur? HOS. Artis profectō quæ in acquirēdo uersatur, duæ species relatæ sunt, uenatio et cōmercium. THE. Certè. HOS. Cōmercij uerō duæ sunt spēs. vna in largitione, altera in emptione

uenditioneq̄ consistit. THE. Sic est profectō. HOS. Eā rursus quæ ad emendum uendendumq̄ pertinet, bifariam diuidimus. THE. Quo pacto? HOS. Qui opera sua uenalia facit, propriū uenditor nominatur, qui aliena uendit, cōmutator. THE. Omnino. HOS. Cōmutatio uerō aut inter eiusdem urbis ciues conficitur, quam cauponariam uocamus: aut inter ciues & peregrinos emendo & uendēdo res ex urbe alia in alia permutatur, quæ mercaturā dicimus. THE. Quidni? HOS. Mercaturā p̄te rea duplex, altera ad uictum corporis spectat, altera ad animi disciplinam, cōmutatq̄ nummis eruditionē. THE. Quemadmodum dicis? HOS. Quod ad animum attinet, forsitan ignoramus. Nā quod ad corpus, agnoscimus. THE. Nempe. HOS. Eū profectō qui musicā alibi quidem discendo emit, alibi docendo uendit, literaturamq̄ similiter, & præstigia, ceterasq̄ animi disciplinas tam serias quàm iocosas, mercatorem nihilo minus quàm corporis alimenta uendentem dicimus. THE. Vera narras. HOS. Nonne illum similiter appellabis, qui disciplinas nummis empturus cōmutaturusq̄ urbes uarias circuit. THE. Similiter certè. HOS. Huiusmodi mercaturæ pars quædā demonstratiua uocatur, pars altera ridicula, nihilo minus quū sit disciplinarū uenditio, cōsimili quodā uenditionis cognomento uocanda. THE. Prorsus. HOS. Alio uerō nomine nūcupandus qui facultates alias uendit, alio qui præcepta uirtutū. THE. Nihil prohibet. HOS. Eū sanè qui alias facultates uendat, artiū uenditorem nominare decet. sed eum hominem qui mores mercede tradit, quo nomine nuncupabis? Nunquid aliter quis rectè cognominare hunc potest, quàm quod nunc querimus, sophisticā? THE. Haud aliter profectō. HOS. Iā igitur concludamus hunc in modū colligentes, quod secunda inquisitione sophista nobis apparuit acquisite huiusmodi, scilicet cōmutator, emptor & uendicator, mercator uidelicet qui animi disciplinas uendat ad sermones institutāq̄ uirtutum præcipua pertinentes. THE. Valde. HOS. Tertio rursus te similiter sophisticam uocaturum hunc arbitror, qui eadem in urbe permanens, partim emit, partim ipse excogitat disciplinas, comparandi uictus gratia uenditurus. THE. Nihil obstat. HOS. Sophistam igitur appellabis eum qui in acquirendo uersatur, cōmutat scilicet & emit, uenditq̄ cauponando, siue sua inuenta, siue aliena circa uirtutis studia uendat. THE. Necesse est, rationi si quidem assentiri decet. HOS. Videamus iterū, utrū quod in præsentia querimus genus, cuiusdā alio simile sit. THE. Cuiusnā? HOS. Eius artis q̄ ad acquirēdū pertinet, pars quædā certandi facultas erat. THE. Erat certè. HOS. Haud igitur ab re erit, bifariam illā diuidere. THE. Quas in partes diuides? HOS. Vna quidē pugnat, repugnat altera. THE. Verūm. HOS. Pugna utiq̄ corporis ad corpus, uiolentiā congruè nuncupatur. THE. Congruè. HOS. Quæ aut̄ uerbis aduersus uerba cōmittitur, contentio. THE. Certè. HOS. Ambiguitatis duæ sunt species. THE. Quæ? HOS. Quando oratione perpetua publicè de iustis iniustisue certatur, iudicialis cōtrouersia nominatur. THE. Ita est. HOS. Cū uerō priuatim minutis quibusdā argumentatiunculis interrogando respondendoq̄ contenditur, contradictionem appellare solemus. THE. Sic utiq̄. HOS. Contradictio porro quæ in cōmercij utrunq̄ contingit, & absq̄ arte

Disciplina-  
riū merca-  
tura.Secūda defi-  
nitio sophi-  
stæ.Tertia defi-  
nitio sophi-  
stæ.Prima defi-  
nitio sophi-  
stæ.



fit, ut species quaedam seorsum ponenda est: sic enim ratio ab alijs illam discernit. proprium vero cognomen, nec ab antiquis accepit, neque nunc à nobis accipiet, neque enim decet. THE. Proculdubio. HOS. In varia namque et minima scinditur: quae autem arte procedit, & de iustis iniustis, & de alijs generatim ambigit, litigium appellari solet. THE. Planè. HOS. Litigium duplex, alterum patrimonium dissipat, alterum pecunias cumulat. THE. Omnino. HOS. Quod itaque utriusque tribuendum sit cognomen, inuenire conemur. THE. Oportet. HOS. Quicumque contentions huiusmodi studio delectatus, res suas negligit, verba autem audientibus incunda componit, & quaestiuiculas semper aucupatur, non aliter, ut mea fert opinio, quam nugator et garrulus est vocandus. THE. Sic utique. HOS. At vero qui ex priuatis litigij pecunijs cumulandis incumbit, quomodo uocandus sit, tu nunc uice tua fretus enarra. THE. Quisquis absque errore responde re uoluerit, sophistam hunc mirabilem quem quaerimus, appellabit, quarto se nobis iam offerentem. HOS. Ratio itaque nunc ostendit sophistam nihil esse aliud quam genus illud quaestuarii, artificiosè litigando, aduersando, pugnando, luctando acquirere solitum. THE. Sic est oratio. HOS. Cernis verum esse quod dicitur, uarium hoc animal esse, utque proverbio fertur. Non altera manu duntaxat apprehendendum. THE. An igitur utraque uti oportet. HOS. Opus est, et pro uiribus sic agendum. eiusmodi uero ipsius uestigium iam percurrimus. Dic age, habemusne ulla quae uocamus similia nomina? THE. Multa. Sed quae nam è multis interrogas? HOS. Talia quaedam ut cum dicimus excolare, distribuere, excoquere, secernere. THE. Quidni? HOS. Carminari praeterea, deducere, peccere, aliaque per multa huiusmodi in artibus reperimus, an non? THE. Quid ab his potissimum ostensurus, exempla haec inducis, & per oia sciscitaris? HOS. Ad discernendum quodammodo pertinent quaecumque, retulimus. THE. Profecto. HOS. At ea quidem sententia, cum circa haec una ars in cunctis uersetur, uno quoque nomine nuncupabimus. THE. Quoniam? HOS. Discretiua dicamus. THE. Esto. HOS. Uideris, num species huius geminas inuenire possimus. THE. Subitam, ut mihi uidetur, considerationem imponis. HOS. Enim uero in his quae dicta sunt discretionibus, partim deterius à meliori secernebamus, partim à simili simile. Sic. n. ferme dictum tunc esse uidetur. huius quidem proprium nomen non habeo, illius autem quae melius quod est, relinquit, quod uero deterius abijcit, habeo. THE. Quid istud referas? HOS. Omnis huiusmodi discretio, ut ipse conyicio, communiter purgatio nominatur. THE. Constat. HOS. Nonne geminam purgationis speciem esse quisque dignoscet? THE. Ita forte, si quis aliquandiu cogitet, ego enim in praesentia ignoro. HOS. Verum amen species multas corporaliu purgationu nomine uno complecti decet. THE. Quis inquit, quouè nomine? HOS. Purgatio animati corporis intrinsecus operans per gymnasticam, & medicinam, & quae extrinsecus balneis quod dictu uile est, mundat, item quae inanimata corpora fullonum ministerio abstergendo colorat, & oia quae ornandi corporis curam gerunt, sigillatim varia uiliaque nomina sortiuntur. THE. Profecto. HOS. Omnino quidem, o Theatete. Ratiocinandi uero progressus nihil magis alterum altero minusue curat, si purgatio spongij fomentationibusque

Quarta de finitio sophi sta.

Prouerbiu.

Alteru ad coquinaria alterum ad lanificium, utriusque discretionem quandam significat.

adhibita minus mundat, pharmacum uero magis purificat atque inuat. Nam ut artium omnium intelligentia consequatur, quodcumque cognatum est, uel non cognatum inuestigando aequè singulas artes honorat, aliaque alijs secundum similitudinem nihilo magis ridicula censet. Quinetiam nihilo honestius putat, si militari disciplina, quam si alia quauis uilissima opera uenatorum opus exerceatur. Et nunc quidem ut quarebas, quoniam nomine cunctas facultates quaecumque corpus aut animatum, aut inanimatum purgare student, penitus comprehendemus. Nihil utique quo ad presentem pertinet disputationem referet, quodcumque nomen inuentum decentius uideatur, dummodo à purgationibus anima sit distinctum, quaecumque purgant corpus, includens. Mentis porro purgationem ab alijs omnibus secernere nunc intendit, si quorsum uerget, inspicimus. THE. Animaduerti equidem, & admitto duas species purgationis esse, animaeque purgationem à purgatione corporis esse diuersam. HOS. Egrege loqueris, & in hoc insuper mihi obsequere: quod uè dicturus sum, rursus bifariam diuidere tenta. THE. Utrumque duxeris, tecum partiri conabor. HOS. Prauitatem in anima aliud quam uirtutem dicimus. THE. Aliud certe. HOS. Enim uero purgationem nihil aliud esse diximus, quam quod prauum est, eicere, reliquum uero seruare. THE. Diximus proculdubio. HOS. Si quam igitur circa animam prauitatis ablationem reperierimus, merito purgationem appellare debemus. THE. Maxime. HOS. Prauitatis in anima species duae ponuntur. THE. Quana? HOS. Una morbi corporalis instar, turpitudinis altera. THE. Haud intelligo. HOS. Morbum forsitan, & seditionem non idè uocas. THE. Etiam quid ad haec respondeam, nescio. HOS. Num aliud seditionem putas, quam naturalis cognationis corruptelam, discordia quadam prouenientem? THE. Nihil aliud. HOS. Turpitudinem uero non aliud quam deformitatem ex dissonantia eorum quae natura cognata sunt, resultantem? THE. Istud ipsum. HOS. Quid porro, nonne uidemus in eis quorum deprauatus est animus, opiniones à cupidinibus, iram à uoluptatibus, rationem à doloribus dissentire? THE. Et maxime quidem. HOS. Verum amen cuncta haec natura cognata sunt. THE. Patet. HOS. Seditionem igitur ac morbum animae prauitatem uocare decet. THE. Rectè. HOS. Si qua uiderimus, quae certo quodam fine proposito, dum ad illud peruenire nituntur, singulis in motibus prauaricentur, atque aberrant, utrum consonantia quadam mutua conuenientiaque communi, an contrarijs causis errare dicemus? THE. Constat quod dissonantia atque intemperie. HOS. Atqui scimus nullum animum sponte aliquid ignorare. THE. Planè. HOS. Ignorantia quidem est dementia quaedam animae, quae dum ad ueritatem nititur, intelligentia ipsa prauaricatur. THE. Oratio. HOS. Animam igitur ignorantem, inconcinnam atque deformem uocare decet. THE. Uidetur. HOS. Sunt ergo duo haec malorum in anima genera. Vnum communiter improbitas nominatur, qui anima proculdubio morbus est. THE. Ita est. HOS. Alterum ignorantiam quidem nuncupant, prauitatem uero animae hanc esse confiteri nolunt. THE. Omnino concedendum est, de quo modo dicente te ambigebam, duo in anima genera prauitatis existere: & uimilitatem quidem intemperantiamque, & iniustitiam, ceteraque huiusmodi

Ignorantia quid. Quales si ignara dia



iusmodi cuncta morbum existimare debemus: plurimam  
 Verò et Variam ignorantiam, turpitudinem. HOS. Nonne  
 circa corpus, his duobus malis, dua quoq; artes sunt re-  
 perta? THE. Quanam? HOS. Adversus deformitatē  
 Gymnastica, adversus morbum medicina peritia. THE.  
 Apparet. HOS. Nonne & adversus perulantiam, iniu-  
 stitiam, timiditatem, ex omni genere artium convenientes  
 maxime castigatio & animadversio est iudicialis censu-  
 ra? THE. Hoc utiq; quantum nominum opinio fert cōsentia  
 neum. HOS. Sed adversus ignorantiam univērsam, quod  
 aliud prater doctrinam remediū inuenitur? THE. Nul-  
 lum. HOS. Doctrinam verò utrum unam duntaxat ac  
 simplicem, an plura genera illius esse dicendum? Imò duo ge-  
 nera eius summa esse animadverte. THE. Animaduerto  
 equidem. HOS. Hac via quamprimum id inuenturi mihi  
 uidemur. THE. Quā? HOS. Si ignorantiam geminam  
 esse consideremus, ea siquidem duplex duplicem docendi  
 rationem exigit, ut harum singula singulis illarum red-  
 dantur. THE. Nunquid iā tibi constat quod nunc quæritur?  
 HOS. Magnam quandam & onerosam ignorantiam  
 partem video, cunctis alijs eius partibus preponderantē.  
 THE. Quam? HOS. Hanc, cum quis illa quæ nescit, sci-  
 re se putat. ab hac nimirū omnes quæcumque nos fallunt  
 opiniones, proficiscuntur. THE. Ita est. HOS. Atque  
 huic soli ignorantia parti, inficitia nomen convenire exi-  
 stimo. THE. Prorsus. HOS. Doctrina itaq; partem quā  
 ab hac ignorantia liberamus, quō appellandam censes?  
 THE. Reor equidem partem aliam doctrinas artium no-  
 minari, hanc vero disciplinam. HOS. Sic ferme inter oēs  
 Græcos vocatur. Nobis aut hoc pratervea considerandum,  
 Verum individuum sit totum hoc, an divisionem aliquam  
 habeat cognomine dignam. THE. Considerandū profe-  
 cto. HOS. Videtur itaq; mihi & hoc divisionem suscipere.  
 THE. Quā ratione? HOS. Eius viq; facultatis quæ  
 sermone docet, pars quædā asperior, quædam lenior esse  
 videtur. THE. Qualem utranque dicimus? HOS. Vnā  
 quidem veterem ac patriam, quā adversus filios maxime  
 urebantur, & nunc etiam plerique utuntur, quo-  
 tiescunque delinquent, partim graviter obiurgantes,  
 partim mitius admonentes. Vniversum hoc admonitionē  
 possumus nuncupare. THE. Ita est. HOS. Id profecto  
 nonnulli secum rursus ratiocinando sibijpsis concesserunt,  
 oēm inficitiam involuntariam esse putandam, nullumq;  
 discere illa, quæ scire credit, affectaturum, multoq; la-  
 bore admonitoria disciplina vix quicquam proficere posse.  
 THE. Recte putant. HOS. Quinetiam alia quædam via  
 ad opinionem huiusmodi erundā pergunt? THE. Qua-  
 nam? HOS. Exquirunt, sciscitanturq; in his rebus, quæ  
 quis optime intelligere, & exprimere arbitratur, cum  
 nihil veri dicat. Deinde errandū opiniones facile discu-  
 tiunt, easq; rationibus colligentes, in unū invicem con-  
 ducunt: atque illas ostendunt sibijpsis de iisdem, & ad  
 eadem, & secundū eadem esse contrarias. Illi vero hoc  
 insipientes secum ipsi indignantur, & erga alios mites  
 evadūt: atq; hoc pacto magnas durasq; opiniones deponūt.  
 Quæ quidē liberatio auditu liberationum omnium incun-  
 disima est, & reuera firmissima. Enimvero, o dilectē  
 puer, qui hos purgare aggrediuntur, haud secus quam  
 medici corpora curādos existimant. Medici namq; tradūt  
 salubribus epulis non prius nutriri corpus quam impedi-

menta pellantur. Similiter isti non prius egregias doctri-  
 nas conferre aīa consent, quam redargutus is qui errat,  
 erubescat, repulsisq; doctrinae impedimentis, falsis vide-  
 licet opinionibus, purus evadat, nec alia prater illa quæ  
 noscitur, nosse se putet. THE. Optima modestissimaq; om-  
 nium facultas hæc est. His de causis, o Theæte, dicen-  
 dū, summam præcipuamq; purgationem esse redargutio-  
 nem: cuius qui non redargutus est, etiam si rex magnus  
 sit, quandoquidem in maximis est impurus, rudem tur-  
 pemq; esse secundū illa quibus purissimus pulcherrimusq;  
 esse debet, quisquis est felix reuera futurus. THE. Sic  
 est omnino. HOS. Quosnam hoīes arte hac vi dicemus?  
 Vereor enim sophistas dicere. THE. Quāobrem? HOS.  
 Ne illos plus quam deceat, honoremus. THE. Veruntā-  
 men quæ modo dicta sunt, tali cuidā similitudine esse uiderur.  
 HOS. Atqui etiā canis lupus maxime ferus mansuetissi-  
 mo. Eū uerò qui a deceptione tutus videre debet, a simili-  
 tudine summopere cauere oportet. Lubricū porro & occul-  
 tū hoc genus. Sed esto, neque n. de exiguis terminis disce-  
 ptatur, quando diligenter hoc vitare student. THE. Cō-  
 sentaneū. HOS. Esto igitur discretiva artis species purga-  
 toria, purgatoria aut pars quæ mundat animā, seligat-  
 tur: huius docēdi facultas: doctrina, disciplina educa-  
 tioq;: disciplina educationisq; redargutio illa quæ versa-  
 tur circa temerariā sapientia opinionem, ut ipsius oratio  
 monstrat, nihil aliud quam nobilis genere sophistarū fa-  
 cultas esse dicatur. THE. Dicatur plane. Ambigo tamē  
 quid potissimū ē multis quæ sese nobis offerūt, sophistam  
 esse reuera affirmare cōueniat. HOS. Et merito ipse du-  
 bitas, quandoquidē ipsum quoq; sophistā ambigere verissi-  
 mile est oīno quānam via rōnes nostras effugiat. Scite  
 namq; proverbio dicitur, oēs effugere difficile esse. Nūc igitur  
 instandū maxime. THE. Præclare loqueris. HOS.  
 Primū quidem hunc veluti cursum sistentes paululum re-  
 spiciemus, & inter nos ratiocinemur simul interquiescen-  
 tes. Age resumamus quānam varias præ se formas sophi-  
 sta iam tulerit. Prima investigatione apparuit iuuenum  
 ac diuitū mercenarius esse uenator. THE. Ita. HOS. Se-  
 cūda mercator quidā circa animi doctrinas. THE. Oīno.  
 HOS. Tertia circa hæc eadē caupo. THE. Et hoc. Quar-  
 ta circa doctrinas suorū uenditor inuentorū. HOS. Opti-  
 mē in memoriā reuocasti. Quintam verò ego ipse reducā.  
 Certator quidā circa sermones, et artificiosus nimium liti-  
 gator. THE. Sic utiq; cōstitit. HOS. Forma sexta ambi-  
 gua quidē, ponenda tamen, & in presentia quodāmodo  
 cōcedenda: purgator quidam animæ visus est opinionem  
 extirpans oēs quæ doctrinis impedimento sunt. THE. Sic  
 est prorsus. HOS. Nunquid aduertis quoties aliquis mul-  
 torū peritus videtur, unius uerò cuiusdā artis nomine nū-  
 cupatur, hanc uisionē non esse sanam? Imò constat eum  
 qui circa artē aliquam sic afficitur, non posse illud ipsum  
 inspicere, ad quod doctrina omnes huiusmodi tendunt.  
 Quocirca multis pro vno nominibus eū qui uarijs scientijs  
 videtur imbutus, appellat. THE. Ita quodāmodo natu-  
 ra institutū id esse apparet. HOS. Ne igitur & nobis  
 idē propter socordiam in hac indagatōne contingat, repe-  
 tamus in primis unum aliquid eorū quæ de sophista sunt  
 dicta. Vnum quippe ex illas præcipue sophista nomen si-  
 gnificasse mihi uideatur. THE. Quid illud? HOS. Con-  
 tradictorem illum esse diximus. THE. Diximus cer-  
 te.

utrumq; ut  
 utrumq; ut  
 utrumq; ut

Similitudo  
 cauenda.

Proverbiū.

Sex forme,  
 & definitio-  
 nes sophi-  
 stæ.



In quibus  
contradictore  
doceant so-  
phista.

Arts contra  
dicendi oia  
in controuer-  
sia deduce-  
re potest.

Nullum oia  
scire potest.

re. HOS. Nonne & alios ut idem efficiat, edocere? THE. Hoc quoque. HOS. Videamus nunc circa quid maxime contradicere efficiere alios sophista se predicant. Consideratio uero nostra hinc sumat exordium. Num in rebus diuinis quae cunctae vulgus latent contradicendi facultatem praestant? THE. Certe hoc de illis dicitur. HOS. Quid autem de his quae oculis conspiciuntur, caelo ac terra, et hisce rebus quae his continentur? THE. Quid maxime? HOS. Et enim in priuatis colloquijs quoties de generatione essentiaque generatum aliquid dicitur, uidemus illos ad contradicendum uehementes esse, & alios sui similes reddere posse. THE. Omnino quidem. HOS. Quid uero circa leges ac rempub. nonne in his quoque contentiosos homines se efficere profitentur? THE. Nemo, ut ita dixerim, cum illis dissereret, nisi hoc pollicerentur. HOS. Quae uero aduersus singularum artium professores contentiosis studio afferridebant, passim scripta circumferuntur. THE. Quae Protagoras de palaestra ceterisque artibus scripsit, dicere mihi uideris. HOS. Et de multis quidem alijs, o beate. Uerum ars ipsa contradicendi, nonne summam facultatem est, quae omnia in controuersiam deducere potest? THE. Nihil ferme praetermittere uidetur. HOS. Tu uero per deos, o puer, fieri hoc posse putas? Forte enim vos inuenes acutus hoc inspicitur. Senes uero nos obtusius. THE. Quid istud & quale? Neque enim quod nunc queris intelligo. HOS. Querebam utrum hominum quisquam scire omnia possit? THE. Beatum profecto hospes nostrum genus esset. HOS. Quoniam pacto ignorans quisquam aduersus intelligentem contradicendo, ualidum quicquam inferre poterit? THE. Nullo. HOS. Quid ergo in illa sophistarum facultate mirabile uideretur? THE. Circa quid maxime? HOS. Quoniam tandem pacto inuenibus possint persuadere, se uos omnium in rebus singulis esse sapientissimos? constat enim quod nisi recte contradicerent, aut nisi illis recte contradicere uiderentur, ac tales cum uidentur, nisi aduersando existimarentur esse sapientiores, uacui occupationibus essent, & nemo quod tu dicebas, oblata pecunia ab istis erudire cuperet. THE. Nemo penitus. HOS. Nunc uero cupiunt. THE. Ac uehementer. HOS. Uidentur arbitror illa in quibus aduersantur, optime scire. THE. Quidni? HOS. Repugnant autem in omnibus. Nonne? THE. Absque dubio. HOS. In omnibus itaque sapientes discipulis esse uidentur. THE. Cur non. HOS. Neque tamen sunt. Impossibile quippe id esse constitit. THE. Impossibile sane. HOS. Opinatricem igitur circa omnia potius quam ueram scientiam habere sophista nobis apparuit. THE. Prorsus. Hac qua modo dixisti, recte admodum dicta uidentur. HOS. Ponamus ergo exemplum ali quod istorum perspicuum. THE. Quale? HOS. Hoc, sed attende diligenter atque apte responde. THE. Quale inquam? HOS. Perinde est ac si quis assereret, nec dicere, nec contradicere se, sed scire facere, ac efficere posse, ut arte una cuncta sciatur. THE. Quomodo cuncta dicebas? HOS. Principium sermonis huius statim ignoras? Quid enim haec dictio, cuncta, significet, non intelligis. THE. Non certe. HOS. Dico in numero omnium esse me ac te, et alia quoque animalia arboresque. THE. Quomodo inquis? HOS. Siquis me ac ceteraque uiuentia omnia se facturum promittat. THE. Quem faciendi modum dicis? Non enim dicis agricultorem quenquam: nam anima-

lium factorem aiebas. HOS. Aio, & terra praeterea, & maris, caelique, ac deorum aliorumque omnium: & cum singula breui finxerit, unumquodque exiguo precio uendet. THE. Iocum quendam narras. HOS. Quid uero? nonne & ille iocari dicendus est, qui omnia se nosse praedicat, aliumque docere oia exigua quadam mercede breui tempore proficitur? THE. Prorsus. HOS. Iocandi uero speciem habes ullam magis artificiosam incundamque quam imitationem? THE. Nullam. amplam sane speciem dixisti in uno omnia comprehendentem atque multiplicem. HOS. An non intelligimus eum qui arte una cuncta facturum se pollicetur, pingendi arte fingentem eiusdem nominis rerum simulacra, dementes etiam pueros posse decipere, dum picta eminens spectanda proponit, quasi quocumque uelit, efficere possit? THE. Quid prohibet? HOS. Nonne & aliam circa sermones talem artem esse putamus; qua seductores quasi prestigijs quibusdam utentes, adolescentulos procul a ueritate rerum adhuc existentes decipere ualeant, imagines quasdam uerisimiles locorum uerarum rerum auribus inculcando, adeo ut uera eloqui, omniumque hominum esse in omnibus sapientissimi uideantur? THE. Nihil prohibet aliam quandam eiusmodi esse artem. HOS. Neesse est multos, o Theatete, eorum qui haec audierunt, cum adoleuerint, ac res ipsas cominus considerauerint, & ueris iam animis res manifeste atrectare coactos, pristinas opiniones abijcere, atque ita commutare, ut exigua uideatur qua magna, difficulta qua facilia, & singula passim sermonibus concepta phantasmata, actionum progressibus in contraria uertigantur. THE. Ita mihi uidetur, prout mea huius aetatis iudicium est. Arbitror enim me adhuc ex eorum numero esse qui a uero procul absunt. HOS. At uero nos praesentes tibi opem ferre conabimur. Et nunc quidem conemur quam proximè absque doctrinis intelligentia adhibere. De sophista in primis mihi dicas. Utrum inter nos constet praestigiatorem quendam hunc esse, uerarumque rerum imitationem: an adhuc suspicamur ne forte ueram illarum rerum scientiam habeat, de quibus contradicere alijs posse uidetur. THE. Quis ulterius suspicetur hospes? Iam ex his quae dicta sunt, patet eum ex illorum numero ex, qui una quadam disciplina polleat. HOS. Prestigator itaque & imitator quidam est dicendus. THE. Proculdubio. HOS. Deinceps cauendum est, ne praedam hanc dimittamus, ferme namque sophista ueluti uerriculo quodam irretitum ratiocinando comprehendimus. Quapropter hoc saltem minimè subterfugiet. THE. Quid istud? HOS. Quod uidelicet unus quiddam est ex his qui imposturis & prestigijs fallunt. THE. Idem quoque mihi uidetur. HOS. Visum est igitur quamprimum artem imaginariam, simulacrorum uidelicet effectricem, diuidere oportere: cumque illam ingressi fuerimus, si quidem adhuc nos sophista exspectet, capere illum sicut regio est sermone mandatum, et illi tradendo praedam ostendere. Sin autem subintrans artis imitandi particulas delitescat, insequendum esse, et partem qua sese occultit, diuidendam aperiendamque, quousque omnino comprehendatur. Nam nec ista, nec aliud ullum genus eum fugiet qui per omnia sigillatim methodo disquirere potest. THE. Recte mones, atque ita agendum. HOS. Secundum superiorem diuidendi rationem duas nunc imitationis species cernere mihi uideor. Ideam uero quam quaerimus

imitatio  
oia facit.

In sermo-  
bus esse an-  
te similes  
pictoribus.

Septima de  
finitio ipse  
fuit.



rimus, Vtra in specie ponam ambigo. Tu vero? THE. Hæc prius species duas distingue, atque declara. HOS. Vnam quidem a similitudine artei video, cuius opus est, secundum exemplaris commensurationes quo ad longitudinem, latitudinem, profunditatem, convenientesq; colores amulam imaginem fabricare. THE. Quid vero, non omnes qui aliquid imitantur, id pro viribus agunt? HOS. Nequaquam. hi præsertim qui magnum aliquid opus aut fingunt, aut pingunt. Si enim veram pulchritudinem commensurationem simulacris præberent, minora quam decet superiora membra, maiora vero quæ infra sunt, apparerent. propterea quod illa eminentius, hæc cominus à nobis conspiciantur. THE. Omnino. HOS. Ergo artifices, veritate dimissa, non eas quæ reuera sunt, sed quæ videntur pulchra commensurationes, simulacris ipsis accommodant. THE. Prorsus. HOS. Nonne igitur species altera a similitudine cum videatur, vocari non debet? THE. Certè. HOS. Partem igitur alteram, a similitudine, ut supra diximus, appellabimus. THE. Sic prorsus. HOS. Quid porro quod apparet quidem pulchro simile, cum non sit pulchrum, & si quis penitus inspicere queat, nec simile, cui simile videtur: quo illud nos nuncupabimus? an non quia apparet quidem, neq; tamen est simile, phantasma dicendum? THE. Profecto. HOS. An non plurima & in picturis pars hæc, & in vniuerso imitationis genere est? THE. Nempe. HOS. Artè vero illam qua phantasma fingitur non imago, phantasia merito non andam putamus. THE. Consentaneum est. HOS. Has equidè duas imaginaria facultatis species supra ponebam. Vnam q; similitudines efficit. Alteram q; phantasmata. THE. Rectè. HOS. Atq; id quod ambigebam, vtra in specie sit sophista ponendus, nequid satus video. Reuera mirandus vir iste, cognituzq; difficilis: quandoquidè & nunc quam scite tergiversatus, in obscuræ speciei latebras secessit. THE. Videtur. HOS. Nunquid igitur hoc intelligens, mihi nunc assentiris? an imperus quidam propter hunc sermonem ita te consuetu induxit, ut repente confitereris? THE. Quorsum hæc? HOS. In arduam profecto consideratione incidimus. Semper enim tam in præterito quam in presenti tempore maxime dubiu est quod dicitur: Apparere quidem hoc atq; videri, esse vero nequaquam: & aliquè loqui quidam, non tamen vera. Mirandum quippe, Theatete, si is sibi non contradixerit, qui asserit quod reuera & dicere & opinari falsa cõtingit. THE. Cur? HOS. Quia talis locutio, id quod non est, esse admittit. Falsum namq; haud aliter quod est fieret. Magnus autè Parmenides, o puer, dñ pueri adhuc essemus, statim ab initio assidueq; id detestatus est. Sic enim carminibus passim iocatur. Nunquã, inquit, & nullo modo sunt illa q; non sunt. Sed tu hoc tramite quarens mentem cohibe. Ab illo itaq; testimonium perhibetur, sermoq; huiusmodi si mediocriter discutiatur, rem patefaciet. Age hoc in primis, si tibi placet, inspiciamus. THE. Mea quidem nihil interest, ipse videris, & quæ p̄stare putas, eã & tu pergas, & me ducas. HOS. Ita prorsus agendũ, & mihi responde, nũ pronunciare quod nullo modo est, audeamus. THE. Quidni? HOS. Si quidè nullius contentiois aut ioci gratia quærendum de his vel respondendũ sit, imò audientius quempiã oporteat serio nobis nomen hoc, non ens, declarare quò referendum sit, cognitarum cum putamus quò se vertat, quidue & quomodo

interroganti demonstrat? THE. Rem arduam sciscitaris, vniq; mihi, ut ita dicam, prorsus ignotam. HOS. Hoc saltem constat, quod id nomen non ens, nulli eorum quæ sunt, attribuendum. THE. Quo. n. id fieret? HOS. Cum vero ad ens, ut ita dixerim, referri non possit, neq; et ad aliquid referendum. THE. Quoniam pacto? HOS. Id quoq; nobis patet, quod dictio hæc aliquid circa ens aliquid ubiq; pronuntiat, atque impossibile est ipsum aliquid solum & quasi nudatum ab oib; his quæ sunt seorsum enunciare. THE. Impossibile certè. HOS. Num ita considerans confiteris, necessarium esse cum qui aliquid dicit, vnum aliquid dicere? THE. Ita. HOS. Vnum porro signum, ipsum aliquid esse dices, duorum & plurium aliqua? THE. Dicam plane. HOS. Eum vero qui non aliquid dicit, necesse est neq; vnum quid, id est nihil dicere? THE. Necessarium est omnino. HOS. Neq; id concedendum, hõem talem dicere quidem aliquid, sed non vnum quid, id est nihil dicere. THE. Atqui neq; loqui dicendus est ille qui conatur non ens proferre. Sermo igitur finem dubitandi haberet. HOS. Nondum magnum hoc dicas. Extat enim adhuc o beatè circa hæc dubitationũ maxima atq; prima, quæ circa ipsius principium accidit. THE. Quo pacto id dicas, declara, amabo, neq; te pigeat. HOS. Ei sanè quod est, aliquid alterũ eorum q; sunt, cõtingere potest. THE. Nihil prohibet. HOS. Ei vero quod non est, aliquidne ex his quæ sunt, adesse vnaquã posse dicemus? THE. Nequaquam. HOS. Vniuersum numerorũ genus in ordine eorum q; sunt, ponimus? THE. Certè, si modo aliud quicquã in eo ponendũ. HOS. Quare nec numerorũ multitudinem, neq; vnu non enti adhibeamus. THE. Haud rectè adhiberemus, ut ratio nobis ostendit. HOS. Quo pacto igitur vel ore proferret quisquam, vel cogitatione comprehenderet ea quæ non sunt, vel non ens seorsum à numero? THE. Dic qua. HOS. Quoties non entia dicimus, nonne numeri multitudinem tentamus apponere? THE. Vtiq;. HOS. Quoties autem non ens, vnum? THE. Manifestũ id quidem. HOS. Enimvero neq; iustum, neq; rectũ esse diximus, ut quis non enti ens adiungere audeat. THE. Vera loqueris. HOS. Animaduerti sine quod neq; proferri, neq; rectè dici, neq; cogitari non ens secundum seipsum potest, sed incogitabile ineffabileq; & irrationale existit? THE. Penitus. HOS. Nunquid paulo ante mentitus sum, cum dixi maximam circa illud dubitationem me ilaturum? THE. Aliam igitur ista maiorem adducere possumus? HOS. Quid vero o mirificè adolescens? an nõ ex his quæ dicta sunt, vides, quod non ens tantis eũ qui ipsum redarguit, offundit tenebris, ut cum primum redargutionem aggreditur, sibimet aduersari cogatur? THE. Dic clarius. HOS. Haud opus est clarius aliquid mea quidem sententia considerare. Equidem cum supposuissem non ens, nec vnius nec multorum esse particeps, tamen & paulo ante & nunc etiam vnum ipsum protuli, dum hoc ipsum non ens pronuntiarem. percipisne? THE. Percipio. HOS. Quinetiam supra inexplicabile ipsum & ineffabile & irrationale esse dixi. tenes? THE. Planè. HOS. An nondum ipsum esse ei applicare conarer, contraria superioribus proferebam? THE. Videris. HOS. Nonne cum hoc illi attribui, quasi de vno locutus sum? THE. Absque dubio. HOS. Imò & irrationale dum dicerem, inexplicabileque & ineffabile

Vide Vitruuium de ratione columnarum.

Vide Quintilianum lib. xij. c. x.

Miranda dubitatio de non ente.

Sententia Parmenidis de eo quod non est.

Aliquid est signum vni.

Dubitatio maxima et prima de non ente.

Non ens incogitabile et ineffabile



bile singulariter pronunciarem, perinde ac si vñu esset, verba de hoc faciebam. THE. Quidni? HOS. Diximus sanè, si modo quis rectè loqui voluerit, neq; vñu, neq; vñ multa determinare ipsum debere, neq; oñ no ipsum vocare. Nam quadam in specie, appellatione hmoi poneretur. THE. Prorsus. HOS. De me igitur quid deinde dicat aliquis? Etenim & supra, & nunc me in hac pugna aduersus non ens succubuisse comperiet: itaq; ex me de non ente loquente, non est cur firmum rectumq; aliquid expectes. Sed de te iam, si places, videamus. THE. Quid ais? HOS. Agè, conare benè & generosè, es. n. iuuenis, & oñ mentis conatu rectum aliquid de non ente proferre, illi nec essentiam, nec vñu, neq; numeri multitudinè adhibens. THE. Quàm temerarius essem, si eandè qua tu succubisti, pugna aggrederer. HOS. Ergò si vis, te ac me pratermittamus, & donec in aliquè qui possit, incidamus, interim dicamus sophistam p ceteris versute admodu obscuris sese in latebris occultuisse. THE. Et maximè quidem. HOS. Veruntamen si phantastica quadam arte pollere sophistam asseruerimus: facile ex isto vsu dicendi aduersus nos occasionem nactus, in contrariu sermones vertet. Nam dñ ipsum simulacroru autorem vocabimus, quid maximè simulacrum dicamus, interrogabit. Cogitandū protinus Theatete, quid ita percontantis sophistae, respondeamus. THE. Dicemus videlicet simulacra esse illa q; in aquis & speculis offeruntur, picta quoque & typis expressa, & huius generis alia. HOS. Videris, Theatete, sophistam conspexisse nunquam. THE. Cur? HOS. Videbitur tibi hallucinari, aut oculis carere prorsus. THE. Qua rone? HOS. Ridebit te qui per figuram speculag; responderis, perinde ac si tu videns cum vidente loquaris? simulabitq; nec aquas, nec specula, nec eorum quicquā q; videntur, sed nec visum ipsum se nosse, atq; de hoc tantu sciscitabitur. THE. De quonā? HOS. De eo inquā, quod his oibus q; dixisti, cōe est, & quod quasi vñum in multis sit, vno noie simulacru appellasti. Strenuè itaq; certa, neq; ignaue cedas viro, sed generosè responde. THE. Quid aliud, o Hoppes, simulacru esse dicamus, quàm quod ad verisimilitudinè accedit quodam modo, cum sit ipsum aliud? HOS. Cum aliud tale dicis, Verum verum, an aliud quiddā intelligi vis? THE. Verum nullo modo, sed simile. HOS. Nūquid verum verè ens vocas? THE. Idipsum. HOS. Nō verum aut verum cōtrarium? THE. Quid prohibet? HOS. Si ergò id quod simile vocas, verum esse negas, ens quoq; existere negas. est tamen. THE. Quo pacto? HOS. Esse quidē, sed nō verè esse fateris. THE. Certè non verum ens, sed imaginè veram. HOS. Ergò nō verè est ens id quod verè esse imaginè dicimus, & non verè ens est verè. THE. Videtur non ens cum ente miris modis implicitum. HOS. Cur nō mirum videatur? cernis quàm argutè multiceps iste sophista nunc rursus tergiversando nos inuitos non ens quodammodo esse fateri cōegerit? THE. Quis non viderit? HOS. Qua igitur rone eius arte definiemus, ita vt nobis cōstemus? THE. Quid maximè veritas ita loqris? HOS. Quia in sophistam circa phantasmata deceptorè quēdam asserimus, eamq; arte decipiendi astutiam nominamus, Verūmne aīam nostram falsa opinari captiunculis eius irretitam, an aliud quiddam dicemus? THE. Non aliud certè. HOS. Falsa opinio est, eorum qua sunt opinari con-

traria? THE. Contraria. HOS. Ais igitur falsam opinionem, qua non sunt, opinari? THE. Aio. HOS. Virū non esse q; non sunt, putat? an quodammodo esse, qua nullo modo sunt? THE. Si quis unquam quoquo modo opinādo mentitur, necesse est, vt qua non sunt, esse quodammodo iudicet. HOS. Nonne etiam qua omnino sunt, nullo modo esse putabit? THE. Id quoq;. HOS. Et hoc falsum similiter? THE. Et hoc. HOS. Quinetiam sermo mendax eadem rone censebitur, qui videlicet qua non sunt, esse, & contrā, qua sunt, non esse pronūciat? THE. Haud aliter mendax effici potest. HOS. Ferme non aliter. Non tamen hac sophista futebitur. Quo enim pacto mentis cōpos hac admiserit, siquidem consentaneum est superiora illa, nec dici, nec proferri, neque describi, neque cogitari posse certum esse? Intelligimus quid dicas Theatete? THE. Quidni intelligamus? obijcet enim nobis sermonē nostrum sibi met repugnare, cum nunc non ens in opinione & locutione ponamus. Vnde saepe cogi nos dicet non ens ens adiuuere, quod tamen fieri non posse supra conuenimus. HOS. Rectè in memoriam reuocasti. Sed consultandum iam quid de sophista agere nos oporteat. Nam si eū in arte prestigiatorum mendaciumq; ponentes, definire conemur, obiectiones permulta dubiaq; nascuntur. THE. Patet. HOS. Exiguam hactenus illorum particulā cum innumera, vt ita dixerim, sint, prosecuti sumus. THE. Si hac ita se habent, impossibile est sophistam comprehendere. HOS. Quid ergò? num ab inuestigatione propter mollitiem desistemus? THE. Nullo modo desistendum arbitror, si qua ex parte hunc virum capere valeamus. HOS. Veniam itaque dabis, & vt modo dicebas, boni, consules, si vel leuiter in questione tam ardua profecerimus. THE. Dabo, & libenter quidem. HOS. Hoc abs te potissimum peto. THE. Quidnam? HOS. Ne me quasi patricidam quendā fieri censeas. THE. Quorsum hac? HOS. Nam necesse erit patris Parmenidū sermonē propulsantibus examinare, cogereq; non ens esse quodammodo, & ens rursus quoquo modo non esse. THE. Videtur hoc sanè in his sermonibus contendendum. HOS. Quē enim non videatur? nisi enim ista redarguantur concedanturue, nemo poterit de falsis sermonibus loqui, vel opinione, vel simulacris, aut imaginibus, aut imitationibus phantasmatisue, aut de his artibus qua circa hac versantur, quin risum audientibus moueat, dum sibi met contraria proferre cogetur. THE. Vera loqueris. HOS. Propter hac aduersus paternum sermonem instare audendum, vel dimittendum omnino, si qua pigritia seu verecundia detinemur. THE. At nihil prohibebit quominus id faciamus. HOS. Tertium praterea quiddam, & ipsum exiguum quidem, abs te postulo. THE. Dic sodes. HOS. Dixi paulo antè me circa talium redargutionem cum semper, tum in presentia nimis defatigari. THE. Dixisti sanè. HOS. Vereor ne propter illa qua à me dicta sunt, furiosus tibi videar, statim me sursum deorsumue permutans. Nam tui gratia confutationem illius sermonis aggrediemur, si fortè confutemus. THE. Hac ergò de causa forti animo ad pugnam accingere. Neque enim me iudice, deliquisse diceris, si eum susceperis confutandum. HOS. Vndenam commodius disputationem hanc discrimine plenam exordiemur? Hoc vtiq; calle, o puer, eundem necessario puto. THE.

Quoniam

Contra  
mendē  
dis  
putatur.



Quoniam? HOS. Ut que faciliora videntur, primū discutiāmus, ne rerum difficultate deterriti, ab inceptis pro-  
 tinus desistamus, sed ut facile cōi consensu differendo per-  
 gamus, quasi leuiter ac bene de his iudicare possimus.  
 THE. Planius quod sentis exprime. HOS. Facili disputa-  
 tione videtur hæc Parmenides prosecutus, & quisquis  
 alius inquam quot & qualia sint entia, determinare  
 est ausus. THE. Quo pacto? HOS. Fabulam nobis tanquā  
 pueris unusquisq; narraſſe videtur. Vnus quidem, quod  
 tria sunt quæ existunt, quodue illorum quadam inuicem  
 quandoq; pugnant, interdum verò conciliata in vnum  
 cōeunt, pariuuq; & progenitis porrigunt alimenta.  
 Alter verò duo posuit, humidum & siccum, vel calidū  
 & frigidum, eaq; coniugauit inuicem, atq; expedit.  
 Eleatica verò apud nos doctrina à Xenophane, imò &  
 ab antiquioribus origine dicens, oīa quæ esse dicuntur, ut  
 vnū ponit, fabuloseq; differit. Iades autē & Sicula mu-  
 se quædam his posteriores, ambo hæc inuicem implicare  
 tutius censuerunt, ita ut ens & multa & vnū sit, dis-  
 cordia verò & concordia teneatur. Dissidens .n. semper  
 cōgreditur, ut musæ vehementiores canunt. Remissio-  
 res verò musæ semper hæc ita soluūt suspenduntq;. Et vn-  
 uersum hoc vicissim tum vnum & amicum sibi propter  
 venerem esse, tum multa & sibipsi dissidens per discor-  
 diam. Durum est autē aduersus tam inelytos antiquosq;  
 viros me, vera siue falsa dixerint, ferre sententiam. Tantum  
 hoc sine inuidia asserere possumus. THE. Quid? HOS.  
 Quod nos multos nimium contempserunt. Nam suū quisq;  
 opus exequitur, nulla nostri cura adhibita, vtrum asse-  
 quamur, necne. THE. Quo pacto inquis? HOS. Quoties  
 illorum aliquis ait, quod est, vel fuit, vel fit, multa aut  
 vnum, aut duo, & calidum frigidum mixtum, discretio-  
 nes quædam concretionesq; inducens, quid per deos Thea-  
 tete ex his significari conyctis? Ego quidem dum eram iu-  
 nior, si quando id ipsum non ens de quo nunc ambigimus,  
 proferretur, exacte me intelligere confidebam. Nunc vi-  
 des quod de hoc dubitantes redacti sumus. THE. Video e-  
 quidem. HOS. Fortè verò & circa ens idē nihilominus  
 noster atūs patitur. Hæc .n. intelligere nos quoties profer-  
 retur, affirmabamus, illud verò minimè, cum simili-  
 ter, ut puto, vtrunq; intelligamus. THE. Fortè. HOS.  
 Idem quoq; de cæteris quæ supra narrauimus, dictum sit.  
 THE. Nempè. HOS. De multis quidem postea, si vide-  
 bitur, considerabimus: de maximo verò precipuoq; &  
 primo nunc iam cogitandum. THE. Quod ais? an de en-  
 te primum querendum censes, quid maximè significare  
 velint qui illud enūciant? HOS. Planè intellexisti Thea-  
 tete. Atto equidem ita nos disputare debere, ac si adessent  
 illi, atq; ita interrogare. O vos quicumq; calidum & fri-  
 gidum, aut aliqua duo talia cuncta esse asseueratis, quid  
 hoc in ambobus existere vultis, quoties ambo atq; vtrūq;  
 esse dicitis? hoc ipsum esse, quid à nobis intelligi debet,  
 cum vos proferitis? Vtrum tertium quiddam, præter illa  
 duo? Quod si ita est, tria genera iam secundum vos, nō  
 duo tantum ponenda videntur. Sin autem alterū ē duo-  
 bus ipsum ens vocatis, haud similiter vtrūq; esse dicitis.  
 Vtrūq; .n. vnum esset, non duo. THE. Vera loqueris.  
 HOS. Nunquid ambo ens vocare vultis? THE. Forsitan.  
 HOS. At, o amici, dicemus, hoc quoque modo duo hæc  
 vnū affirmaretis. THE. Rectè infers. HOS. Postquam

igitur nos in hoc defecimus, vos saltem nobis rem aliquā  
 do declarate, quid hoc noīe ens significare vultis, cum  
 id pronunciatum: constat .n. vos iandiu rem nouisse, nos  
 autē hæcenus scire putauimus, nunc hæsitamus. quamob-  
 rem hoc nos in primis docere, ne dum quæ traditis, disce-  
 re opinamur, nos opinio fallat. Si hæc exigamus, ita ab  
 ijs, quam ab alijs qui plusquā vnum ipsum oē ponunt,  
 nunquid errabimus? THE. Minimè oīum. HOS. Quid  
 ad eos qui oē vnum esse tradunt, nōne querendum pro-  
 viribus quid ens ipsum dicant? THE. Cur non? HOS.  
 Ad hæc ergo respondeant. vnum dicitis esse solūm? dici-  
 mus respondebit. an nō? THE. Ita. HOS. Ens aliquid  
 vocatis? THE. Certè. HOS. Nunquid idem quod vnū,  
 noībus ad idem duobus vtentes? an aliud? THE. Quid  
 ad hæc hospes ij respondebunt? HOS. Patet, o Theatete,  
 illum qui hoc supposuit, nō facile ad istas, aliasq; obiectio-  
 nes hmoi responsurum. THE. Qua rōne? HOS. Duo qui-  
 dem noīa consisti, cum vnum dumtaxat ponatur, ab-  
 surdū est. THE. Quidni? HOS. Quinetiam isthuc oīno  
 recipere absurdum est, si quis nomen esse dicat, cuius nul-  
 la sit ratio. THE. Quo pacto? HOS. Qui ponit nomen à  
 re diuersum, duo quædam inducit. THE. Patet. HOS.  
 Præterea si idem cum re nomen esse concedit, cogetur vel  
 nullius esse nomen: vel si est alicuius, noīis nomen esse fa-  
 teri, alterius verò nequaquā. THE. Sic est. HOS. Et  
 vnū vnus ens solūm: & hoc noīis ipsum vnū ens. THE.  
 Necessè est. HOS. Quid porro? totum ab ente vno diuer-  
 sum, an idē dicent? THE. Cur nō dixerint? dicunt .n.  
 HOS. Si ergo totū est, quemadmodū, inquit Parmenides,  
 aequalis vndiq; sphaera moli persimile à medio ad circunfe-  
 rentiā penitus aequè distans, eo nanq; neq; maius quicquā  
 neq; potentius est, necessarium est ob tale circūferentiam  
 ipsum ens medium extremāue habere, et idcirco partibus  
 quoq; constare. THE. Sic oportet. HOS. Atqui nihil pro-  
 hibet ipsum diuisum in partibus oībus passionem vnus  
 admittere, atq; hoc modo & oē ens & totum vnum ex-  
 sistere. THE. Nihil penitus. HOS. Quod autē hæc patitur,  
 an non impossibile est id ipsum vnum esse? THE. Quare?  
 HOS. Quia quod secundū veram rōnem impartibile est,  
 id omnino reuera vnum est ponendum. THE. Oportet sa-  
 nè. HOS. Quod verò tale est, ut ex pluribus partibus  
 construatur, cum vniuersa rōne minimè cōsonabit. THE.  
 Intelligo. HOS. Vtrum totū ipsum vnus recipiens passio-  
 nem, ita & vnum & totum erit? vel omnino non dici-  
 mus ipsum vnum totum existere? THE. Optionem ambi-  
 guam proposuisti. HOS. Vera narraſ. cumq; ens vnū es-  
 se admittat, cur non ens & vnum idem apparet, & plu-  
 ra omnia quam vnum erunt? THE. Certè. HOS. Quod  
 si ens sit non totum, ex eo quod illius suscepit passio-  
 nem, sit autem ipsum totum, indigum ens suis ipsius efficitur.  
 THE. Maxime. HOS. Enimverò secundum hunc sermo-  
 nem cum seipso priuetur, non ens erit ens ipsum. THE.  
 Sequitur. HOS. Atq; ita rursus omnia plura quam vnū  
 existent, cum tam ens quam totum propriam naturam  
 seorsum ab altero sit sortitum. THE. Profecto. HOS. Et  
 si omnino non sit totum, eadem hæc enti proueniunt: ac  
 præter id quod contingit non esse, contingit etiam neque  
 factum fuisse ens inquam. THE. Quid? HOS. Quic-  
 quid factum est, semper factum est totum. Quamob-  
 rem neq; essentiam, neq; generatiorem tanquam existen-  
 tem ap

Opiniones  
 ponētū nu-  
 merū entū

Opiniones  
 ponētū nu-  
 merū entū

Opiniones  
 ponētū nu-  
 merū entū

Opiniones  
 ponētū nu-  
 merū entū

Semper qd  
 factū est, to-  
 tū factū est



tem appellare debet, qui vnum vel totum in ordine eorū  
 quae sunt, nō ponit. THE. Omnino sic esse videtur. HOS.  
 Præterea quod totum non est, quantum esse nullo modo  
 potest. Nam quatenus quantum est, eatenus est & totū.  
 THE. Prorsus. HOS. Innumera quoque præter has dubi-  
 tationes aduersus eum insurgunt, quisquis ens, aut vnu  
 solum, aut duo quadam ponit. THE. Testatur hoc, quae  
 modo monstrauimus. Nam aduersus hæc dicta alia sem-  
 per ex alia grauiorū dubitatio exoritur. HOS. Sermones  
 quidē illorū qui de ente & non ente exacte differunt, non  
 dum retulimus. Veruntamen satis hæc sint. Eos autē qui  
 secus dicunt, rursus in medium adducamus, vt ex om-  
 nibus planē intelligamus nihilō facilius ens, quā non  
 ens quid sit definiri posse. THE. Certē & hi aduēdi vi-  
 dentur. HOS. Videtur utiq; inter eos quasi gigantum pu-  
 gna quadam esse, propter eam controuersiam qua inuicē  
 de essentia certant. THE. Quo pacto? HOS. Quidam il-  
 lorum de caelo & inuisibili regione omnia ipsis certē ma-  
 nibus in terrā trahunt saxa & quercus apprehēdentes.  
 Nam cū talia hæc omnia tangūt, solum id esse affirmāt  
 quod quoquo modo percipitur, atq; tangitur, idemq; cor-  
 pus & essentiam tradunt. Quicquid verō absq; corpore di-  
 citur esse, contēnunt, nihil aliud audire volentes. THE.  
 Noui equidē quos viros dixeris. Tales enim multos repe-  
 ri. HOS. Horū autē aduersarij cautē admodū atq; pie su-  
 pernē ex inuisibili sede pro inuisibili essentia pugnat, atq;  
 intelligibiles quasdā & incorporeas species cogunt etiam  
 verā existere. Illorū verō corpora, eāque quā nominant  
 veritatē, in minima rationibus partiuntur, generatio-  
 nemq; pro essentia fluentē denominant. Vnde ingens &  
 inextricabilis pugna inter utrosque de his semper extitit.  
 THE. Vera narras. HOS. Ab utrisque itaq; rationē es-  
 sentia quā ponunt, sigillatim iam exigamus. THE. Quo  
 modo exigemus? HOS. Ab ijs qui in speciebus essentiam  
 locant, facilius, mitiores enim sunt, ab illis autē qui ad  
 corpora vi singula trahūt, durius, fortē verō & impossi-  
 bile. Verū sic de illis agendū videtur. THE. Quo pacto?  
 HOS. Præstaret illos re ipsa meliores, si fieri posset, effice-  
 re. Sin autē id fieri nequit, danda opera est ut sermone sal-  
 tem efficiamus supponētes eos modestius atq; rectius quā  
 nūc responsuros. Quod enim à potioribus cōceditur, firmitus  
 atq; potius est, quā quod à deterioribus est concessum.  
 Nos autē nō id curamus, sed querimus veritatē. THE.  
 Probē. HOS. Iube eos meliores factos tibi protinus respon-  
 dere, et quod aiunt interpretare. THE. Fiet. HOS. Vtrū  
 quod mortale animal nominant, esse aliquid asserunt?  
 THE. Quidni asserant? HOS. Nōne hoc animatum cor-  
 pus appellant? THE. Valde. HOS. Dum hoc ferunt, ani-  
 mam esse aliquid volunt? THE. Ita. HOS. Animā unā  
 iustam, iniustam alterā, vnā sapientem, insipientē alte-  
 ram arbitrātur? THE. Vtiq;. HOS. An non iustitia alio-  
 rumq; talium habitu presentiaq; talem animā fieri, con-  
 trariorū verō contrariā? THE. Hæc quoq; fatētur. HOS.  
 Quod alicui adesse & abesse potest, esse aliquid dabunt?  
 THE. Dant certē. HOS. Cū ergo sit aliquid iustitia, &  
 sapientia, & virtus qualibet, necnon virtutis cuiusque  
 contrarium, & anima præterea cui hæc accidunt, vtrum  
 videri tangiq; posse istorum singula, an non opinantur?  
 THE. Fermē nullum ex his videri. HOS. Nūquid horū  
 aliquod habere corpus existimāt? THE. Haud simpliciter

Positio eorū  
 qui id solū  
 esse dicunt  
 qd tangitur.

Positio eorū  
 qui dicūt id  
 solū esse qd  
 intelligitur.

ad hæc respondent, sed animā quidē corpus aliquod habe-  
 re, sapientia verō & cætera de quibus percontabaris, aut  
 nihil esse, aut corpus asserere, nondum audent. HOS.  
 Proculdubio Theate meliores viri iam euaserunt: nam  
 quicunq; illorū Sparta, atq; indegenæ sunt, horū neutriū  
 asserere vererētur, imō quod pugno premi nequit, omni-  
 no nihil esse contenderent. THE. Fermē quod sentiunt  
 enarraſti. HOS. Ab illis iterū perquiramus. Nam si quid  
 vel exiguum quidē incorporeum esse concedunt, sufficit.  
 Quod incorporeis simulatque corporeis rebus est insitum,  
 cuius ratione esse vtraque dicūt, hoc ab illis exprimi qua-  
 rimus. THE. Deesset fortē illis responsio, siquid eis tale  
 contingeret. HOS. Vide vtrū proponētibus nobis, ens ta-  
 le quiddā existere, admissuri sint. THE. Quidnam? de-  
 clara. Fortē enim intelligemus. HOS. Dico quidē quic-  
 quid potentia quācunq; nactū est, vel ad agendum, vel  
 patiendum ab alio, quamuis minimum quid à vilissimo  
 quodam, & si solum semel, quodlibet tale reuera esse.  
 Et hæc ens definitione describo, nihil aliud quā poten-  
 tiam esse. THE. At verō postquam in presentia ipsi hoc  
 melius nihil habent, hoc & accipiunt. HOS. Probē for-  
 sitan deinceps nobis aliquando & illis aliter dicendū vi-  
 debitur. Atque id nunc erga illos admissum ratumq; ma-  
 neat. THE. Manet. HOS. Ad specierū amicos iam de-  
 scendamus. tu autem nobis illorum sensum interpretare.  
 THE. Fiet. HOS. Aliud essentiam, aliud generationē  
 dicitis, alterum ab altero secerentes? THE. Absque  
 controuersia. HOS. Et corpore quidē nos per sensum cū  
 generatione cōmunicare, anima verō per rationem cū  
 vera essentia: quam semper secundū eadem, & eodem  
 modo sese habere, generationē verō aliās aliter apparere  
 asseueratis? THE. Asseueramus. HOS. Cōmunionem  
 hanc, o viri omnium optimi, quid in ambobus esse dicitis?  
 num id quod nos paulō antē inducebamus? THE. Quid  
 istud? HOS. Passionē vel actionem ex potētia quadam,  
 ab ijs quae inuicem congregiuntur prouenientē. Forſitan  
 illorum ad hæc responsionem, o Theate, haud satis per-  
 cipis, ac me diuturna cū illis consuetudo ad percipien-  
 dum iuuat. THE. Quid ergo responderē? HOS. Non dant  
 nobis quod supra aduersus homines terra genitos, de essen-  
 tia dictum. THE. Quid illud? HOS. Sufficiētē entium  
 definitionē hanc posui. videlicet quādo alicui agendi vel  
 patiendi vis aliqua vel minima adest. THE. Hanc ip-  
 sam. HOS. Ad hæc aiunt, quod generatio potētia agen-  
 di vel patiendi est particeps, essentia verō nulla huiusmo-  
 di potētia conuenit. THE. An nō id quod dicunt, aliquid  
 est? HOS. Ad hoc à nobis obijciendū, quod clarus ab il-  
 lis audire cupimus, vtrum assentiantur animā cognosce-  
 re, essentia verō cognosci. THE. Affirmāt profecto. HOS.  
 Cognoscere vel cognosci actionē vocatis vel passionē, vel  
 vtrunque, uel neutriū istorū in altero participare vultis?  
 Patet quod in altero neutrum. Alioqui contraria illorū  
 quae supra concesserant, nunc admitterent. THE. Intelli-  
 go. HOS. Siquidē cognoscere, agere aliquid esset, cognos-  
 sci verō pati, quo cognoscitur pateretur. Et ideirō essen-  
 tiam hac ratione pati ex ipsa cognitione contingeret, dum  
 cognoscitur, & quatenus cognoscitur, eatenus pati, &  
 quatenus patitur, eatenus & moueri. Quod circa rem  
 stabile fieri non posse dicimus. THE. Rectē. HOS. Quid  
 verō? dic per Iouem, reuera motum, vitam, animā, sa-  
 pientiam

Prima dicitur  
 nūcio ens.

Animam  
 cognoscere,  
 essentiam  
 cognosci.

Omnia  
 veri.



Ab eo quod  
verè est, nō  
pōt abesse  
uita & aīa  
& motus.

pietiam, nunquid ab eo quod omnino ac verè est, abesse  
proprus existimandum, neq; viuere ipsum, neq; sapere,  
neq; venerandam sanctamq; mentem habere, sed immo-  
bile consistere? THE. Absurdum nimis id hospes, si con-  
cedatur. HOS. Nunquid mentem quidem habere, vitam  
verò minimè? THE. Qui isthuc? HOS. An hæc utraq;  
inesse illi dicemus, non tamè ab eo in aīa cōtineri? THE.  
At quonam modo alio contineret? HOS. Vtrū mentem,  
vitam, aīam habere dicendum: immobile tamen cum  
ōnō sit aīatum, consistere? THE. Hæc oīa mihi ratione  
carere videntur. HOS. Motum igitur & motionem tā  
quam existenda adesse fatendum. THE. Quid obstat?  
HOS. Ex hoc, ò Theatete, sequitur, mentem nulli rerū  
immobiliū, vsquam, nullōq; modo, adesse. THE. Se-  
quitur planè. HOS. Veruntamen si ferri agitariq; cūcta  
consentemus, hoc sermone ipsum idem ex genere rerum  
existētium auferemus. THE. Quārōne? HOS. Videtur  
tibi absq; statu esse vnam posse quod dicitur, secundum  
eandem, eodem modo, & circa idem? THE. Nequaquā.  
HOS. Cernis vsquam sine his mentem, vel fuisse, vel esse?  
THE. Minimè. HOS. Aduersus cum oī rationum  
conatu pugnādum, qui scientia, prudētia, mentēq; sub-  
latū, quicquam aliud affereret. THE. Et vehementer  
quidem. HOS. Necessè est eū qui philosophatur, atq; ista  
in primis honorat, propterea neq; sermonem illorū admit-  
tere quicunq; vnam speciem rerum vel plures inducentes,  
totum stare solum ferunt, neq; illos audire, qui ens mo-  
ueri duntaxat affirmant: verū secundum puerorum  
opinionem comprehēnsis omnibus quocunq; vel stant vel  
mouentur, ambo simul ens & omne vocare. THE. Ve-  
ra loqueris. HOS. An non ut decet ens sermone iam cō-  
prehēdisse videmur? THE. Prorsus. HOS. Pape, ò  
Theatete, quanta nunc in ambiguitate versamur? ni-  
hil. n. aliud nunc præter difficultatem considerandi nos-  
se mihi videmur. THE. Quorsum hæc? HOS. Vidēsne,  
ò beatè, quòd dum illud penitus ignoramus, dicere tamè  
de illo nos aliquid arbitramur? THE. Et ego arbitror,  
sed ubi sefellerimus nos, haud planè intelligo. HOS. A-  
nimaduerte obsecro diligentius, num in presentia nos his  
concessis merito quis perinde interrogare posset, ut & ipsi  
supra interrogauimus eos qui oī calidum & frigidū esse  
volebant. THE. Quomodo? memor a mihi si placet.  
HOS. Conabor equidem eodem modo abs te nunc q̄rere,  
quo ab illis, ut aliquid proficiamus. THE. Optimè. HOS.  
Motum & statum nonne inuicem contraria maxime nū-  
cupas? THE. Cur non? HOS. Enimuerò esse illa simili-  
ter ais, & ambo pariter, & vtrūq;. THE. Aīo equi-  
dem. HOS. Quando esse vtrūq; & ambo concedis, tunc  
moueri p̄licas? THE. Nullo pacto. HOS. An stare fortè  
significas, cum esse vtrūq; dicis & ambo? THE. Neq;  
hoc. HOS. Ergò tertū quiddā ipm ens cogitas: & tā-  
quam sub illo motus & status contineantur, comprehē-  
dis vtrāq;, atq; eorum in essentia cōmunionem respiciens  
sic esse am'ō denominas. THE. Videmur reuera tertium  
quiddā ipsum ens vaticinari, quando motū & statū esse  
dicimus. HOS. Hæc de causa ipm ens ambo ista motus  
& status nō est, sed præter hæc aliud. THE. Apparet.  
HOS. Ens itaq; suapte natura neq; stat penitus, neq; mo-  
uetur. THE. Sic fermè dicendum. HOS. Quonam co-  
gitatio conuertenda ut aīus de ente ratum aliquid &

manifestum habeat? THE. Ignoro. HOS. Haud facile  
vsquam arbitror. Si quid. n. non mouetur, cur non stat  
saltem? vel quòd non stat, cur non moueatur? Ens verò  
nobis extra hæc vtrāq; esse apparuit. fierine id potest?  
THE. Minimè oīum. HOS. Hoc vtrāq; recordari in præ-  
sentia debemus. THE. Quale id? HOS. Quòd de non en-  
tū nōre interrogati cuiam conueniret, declarare nequim-  
us. Recordari sine? THE. Quidni recorder? HOS. Nū-  
quid circa ens modo faciendū sumus? THE. Mihi qui-  
dè hospes si modo dici pōt, magis deficere nunc videmur.  
HOS. Hæc ergò hic ponatur ambigū. postquam verò tā  
ens quā non ens ex aquo nobis obscurū est visum, spes re-  
stat deinceps, si alterum clarius vel obscurius videbitur,  
et alterū similiter visum iri: & si alterū ignotū penitus,  
alterum quoq; similiter fore. Sermonem igitur quantum  
possumus decētissime circa vtrūq; pariter persequamur.  
THE. Scitè. HOS. Dicamus planè quo pacto multū nō-  
bus idem hoc appellamus. THE. Exemplum ad hoc indu-  
cas. HOS. Hominem vnum vocantes, cognomen u. mul-  
tis denominamus, dum colores illi, figuras, magnitudi-  
nes attribuimus, virtutesq; & vitia, in quibus omnibus  
alijsq; permultis non hominem tantū esse ipsum dicimus,  
sed & bonum & alia multa, atq; in alijs similiter agi-  
mus. Quodlibet enim vñū ponentes, multa deinde mul-  
tisq; nōbus appellamus. THE. Vera narras. HOS. Vnde  
iuuenibus, ut arbitror, & tardo ingenio senibus aduer-  
sandi occasionem dedimus. Nam continē quisq; obycere  
potest, quòd impossibile sit multa, vnum, & vñū mul-  
ta esse. Quapropter exultant dum hōem bonum dici nō  
finunt, sed bonum quidem: bonum hōem verò, hōem  
vocari volunt. Incidisti sæpenumerò, ut arbitror, Thea-  
tete, in hōes, qui argutis eiusmodi student, plerūq;  
etiam seniores, qui propter inopiam sapientiæ hæc admi-  
rantur, & tanquam magnificū quiddam inuenerint, se-  
temere iactant. THE. Et maxime quidem. HOS. Ut igitur  
cunctos quicunq; de essentia vnam aliquid locuti  
sunt, sermo cōprehēdat, quæ deinceps interrogando sub-  
ijciemus, tā aduersus hos, quā aduersus alios, quos su-  
prā retulimus, dicta intelligantur. THE. Quā ista?  
HOS. Vtrū neq; essentiam cum motu statūue iungemus,  
neq; aliud quicquam cum alio quoquam, sed quasi inuicē  
res cōmunicare nequeant nostris sermonibus eas penitus  
secernemus? An in idem omnia cogemus, tanquam mi-  
seri singula possint? An partim licebit quidem, partim  
minime? Quid ex his potissimum Theatete, electuros il-  
los putamus? THE. Nescio quid pro illis respondeam.  
Cur non sigillatim respondendo, quid ex vnoquoque se-  
quitur exquisiisti? HOS. Rectè admones. Ponamus er-  
gò si vis dicere illos nihil cuiquam vllō pacto posse quic-  
quam communicare. Nōne motus igitur & status nū-  
lo modo essentia participabunt? THE. Nullo mo-  
do certè. HOS. Num erit illorum aliquod cum neu-  
trum sit, essentia particeps? THE. Non erit. HOS. Sta-  
tim hac consensione omnia ut videtur, peruersa sunt,  
tum illorum dogmata qui moueri omnia, tum illorū qui  
stare ut vnum volunt: ac etiam illorum qui secun-  
dum species ea quæ sunt, eodem modo, & secundum ea-  
dem esse semper existimant. omnes enim esse adiungunt,  
partim verè moueri, partim verè stare dicentes. THE. Sic  
est oīnō. HOS. Quinetiam quicunq; interdum componunt  
omnia

Secūda defi-  
nitio entis.

Tertia defi-  
nitio entis.



omnia, interdum diuidunt, siue in vnum & ex vno in infinita, siue in terminata elementa diuidant, & ex his componunt: similiter quidē si interdum id fieri ponant, si militer si semper: in his inquam oibus nihil veri dicunt, quandoquidem rerum est nulla comixtio. THE. Rectē. HOS. Præterea & ipsi quā absurdissimē sermonem trāsigeremus si nihil permitteremus alterius passionis cōione, alterum appellari. THE. Quō? HOS. Ipso esse circa singula quodammodo vti coguntur, & ipso seorsum, & altero, & secundum seipsum, & innumeris alijs: quibus cum abstinere nequeant quin sermonibus suis interferrant, nullis aliorum redargutionibus indigent, sed, ut fertur, domi hostem & aduersarium habent intrinsecus reclamantem, instar Eurycles absurdi, eumq̄ secū circū ferūt. THE. Verū est quod dicit ac simile. HOS. Quid verò, si omnia vim mutua cōmunionis habere dicamus? hoc profectō & ipse refellere possum. THE. Quā rōne? HOS. Quoniam & motus ipse omnino quiesceret, & staret agitari, si inuicem comiscerentur. Hoc autē summa quadam necessitate impossibile est, motum stare, & stantū moueri. THE. Cur non? HOS. Tertium itaq̄ solū restat. THE. Sanē. HOS. Etenim vnum aliquod istorum necessarium est, vel omnia, vel nulla, vel alia comisceri, alia minime. THE. Necessariū prorsus. HOS. Duo quidem reperiri nō possunt. THE. Non certē. HOS. Sequitur ut quicunq̄ rectē respondere vult, reliquum e tribus ponere debeat. THE. Maxime. HOS. Quandoquidem alia coire volunt, alia minime, ferme idē rebus alijs quod de literis euenit. Nam q̄dam ex literis inuicē copulantur, quædā minime. THE. Patet. HOS. Vocabulum quippe literarū series per alias oēs tanquam vinculum quoddam proceditur, sine quo nullā inuicē litera vinciri possunt. THE. Et maxime quidem. HOS. An intelligit vnusquisq̄, quæ litera quibus congruant? vel arte opus est, ut rectē id fiat? THE. Arte. HOS. Quā? THE. Grammatica. HOS. Nōne idem circa grauiū & acueorum sonos? Qui enim voces inuicem consonas, dissōnāsue arte dignoscit, musicus: qui verò ignorat, musica expertus. THE. Ita est. HOS. Et in alijs artibus, artiumq̄ defectibus eiusmodi alia reperiemus. THE. Manifestum id quidem. HOS. Cum verò & genera rerum eodem pacto mutuam communionem habere dixerimus, nōne scientia quadam sermones peragere debet, quisquis rectē qualia genera qualibus congruant, aut dissōnent, sit ostensurus, quinetiam per omnia cogniturus si ista conueniant adeo ut commisceri possint, & in diuisionibus rursus, si per omnia altera diuisionis est causa? THE. Scientia prorsus opus est, ac ferme omnium maxima. HOS. Quam igitur hanc appellabimus Theatete? Nunquid insci in liberalium hominum scientiam incidimus? Cumq̄ quæreremus sophistam, prius inuenisse videmur philosophum. THE. Qui isthuc? HOS. Per genera diuidere, & neq̄ eandem speciem alterā putare, neq̄ alteram rursus eandem esse, nōne dialectica officium esse dicemus? THE. Dicemus profectō. HOS. Quicunq̄ hoc agere potest, vnam ideam per multa, vnoquoq̄ seorsum posito, passim porrectam acutē persentit, & multas quæ diuersa inter se sunt extrinsecus sub vna comprehensas, & vnam rursus per tota illa, quæ multa sunt, in vno copulatam, & multas seorsum vndiq̄ distinctas. Hoc

Eurycles,  
proverbū.

autem est scire, per genus discernere quæ singula cōicare vicissim possunt, & quæ non possunt. THE. Omnino. HOS. At verò dialecticum opus haud alteri dabis, ut arbitror, quàm purē legitimeq̄ philosophati. THE. Quo pacto alteri dari posset? HOS. Philosophum quidem tali quodam in loco & nunc, & in posterum, si quæremus, inueniemus, quanquam & hic non facile conspici potest. Sed alia ratione sophista, alia philosophus intuitum refugit oculorum. THE. Quā? HOS. Sophistam pono, quia in non entis tenebras aufugit, & diuturna consuetudine tenebris illis offunditur, idcirco summa difficultate discernitur. THE. Sic est. HOS. Philosophus autē entis ipsius ideæ ratiocinatione semper inherens, ob regionis illius stledorem haud facile cernitur. Nam vulgarium aut arum oculi diuinitatis radios sustinere non possunt. THE. Consentaneum est ista sic non minus quàm illa sese habere. HOS. De hoc alijs clarius, si pro voluntate licebit, tractabimus. Sophista verò nō prius est dimittendus, quàm sufficienter à nobis sit cognitus. THE. Egregiē. HOS. Postquam ergo inter nos conuenit ex generibus q̄dam vicissim congruere, q̄dam penitus dissidere, & alia quidē cum paucis, alia cum multis, nonnulla quoq̄ per oia omnibus coherere, sequamur deinceps rōnem sermonis huius in hunc modū considerantes. Non de omnibus speciebus inquam, ne multitudine confundamur, verum quasdam ex maximis eligentes, primum quidē quales quæq̄ sint, deinde quā iam mutua cōionis habeant, ut ens atq̄ non ens, si non possumus perspicua penitus notione comprehendere, saltem congrua de his disputandi ratione nō careamus, quoad inuestigationis huius conditio patitur. Quod si non ens velut imaginando esse, reuera nō ens dicemus, insontes forsitan euademus. THE. Decet sanē. HOS. Maxima verò omnium genera q̄ modo referabamus ens ipsum & status, & motus. THE. Valde. HOS. Duo hæc inuicem misceri non posse, est dictum. THE. Certē. HOS. Ens verò vtriusq̄ misceri: ambo. n. quodammodo sunt. THE. Nil obstat. HOS. Sequitur ut tria sint hæc. THE. Sequitur. HOS. An nō horū quodlibet à duobus reliquis alterū est, sibi idem? THE. Est. HOS. Quid ita nunc idē & alterū diximus? Nūquid ut duo q̄dam genera alia quàm tria superiora, illis autē necessario semper adnexa? atq̄ ita de quinq̄ generibus cogitandū? An idem hoc & alterum illorum quiddam enunciauimus, quod tamen nos latuit? THE. Forsitan. HOS. At verò motus statusq̄ neq̄ alterū est, neq̄ idem. THE. Quam ob causam? HOS. Quod cōiter motum statūque vocamus, hoc neutrum illorū esse potest. THE. Cur? HOS. Quia & motus staret, & status itidem moueretur. Circa. n. ambo alterum vtrumuis illorū effectum, cogeret alterum in naturæ suæ transire contrariū, ut potē contrarij particeps. THE. Prorsus. HOS. Ambo tamen eodē alterorū participant. THE. Nempē. HOS. Ne ergo dicamus, aut motū esse idem vel alterū, aut statū similiter. THE. Nō certē. HOS. Sed nunquid ens & idem vnum esse inuicem cogitandum? THE. Fortē. HOS. At si ens & idem nihilo inter se differunt, quoties motū & statum ambo esse dicemus, ambo similiter ista idem denō abimus. hoc autē impossibile. Nō pot̄ igitur idē & ens, vñ esse. THE. Sic ferme dicendū. HOS. Quartā ergo spem p̄ter tres superiores, sint vnum, ipsum idem ponamus. THE. Ponamus. HOS. Nunquid ipsum

Quomodo  
lateant  
philosophi  
sophista.

Oculi  
vulgariū  
arum  
diuinitatis  
radios  
sustinere  
non possunt.

Quid ens  
& idem  
vñ esse.



ipsum alterum quinto loco ponendum? Vel hoc ens no-  
mina duo unum quiddam significare putandum? THE.  
Fortè. HOS. Arbitror tamen concessurum te, quod eo-  
rū qua sunt, quaedam ipsa secundum seipsa sunt, quaedā  
ad alia referuntur. THE. Quidni? HOS. Alterum autē  
semper ad alterū. nonne? THE. Semper. HOS. Non ta-  
men ita, nisi alterū, et ens inter se longè different. Sed  
si alterū speciebus utriusq; participaret, ut ens, esset utriq;  
aliquid eorū, quae altera sunt, alterū utriq; non ad alte-  
rum: nunc autē quicquid reuera alterū est, ex necessitate  
sequitur, ut secundū id quod est, alterum sit. THE. Sic  
est, ut dicis. HOS. Quintā ergo alterius ipsius naturam  
in speciebus, quibus adiunximus, ponere decet. THE. Pro-  
fecto. HOS. Dicendū quoq; per omnia hac illam discurre-  
re, esse enim ex alijs unūquodque alterum, non per sui-  
ipsius naturā, sed quia alterius idea sit particeps. THE.  
Reuera. HOS. Sic autē de quinque sigillatim repetendo  
dicamus. THE. Quis? HOS. Principio, quod motus om-  
nino alterū quiddam est, quā status. Itāne, an aliter  
asserendum? THE. Ita prorsus. HOS. Non ergo status  
est. THE. Nullo pacto. HOS. Est autē, ex eo quod entis  
est particeps. THE. Est. HOS. Rursus motus alterum  
est, quā ipsum idem. THE. Fermè. HOS. Non ergo  
ipsum idem est. THE. Non certè. HOS. Attamen idem  
quodāmodo est propter participationem. Omnia. n. ipso eo-  
dem participant. THE. Sumopere. HOS. Concedendum  
igitur sine controversia motum, & idem esse pariter &  
non idem. neque enim simili rōne utrunque pronuncia-  
mus: sed idem, quia ipsius eiusdē particeps, sibi metē idē  
est. Non idem verò, quia ipsum quoq; alterum recipit,  
quo ab ipso eodē sciungitur, neq; illud est, sed aliud quid-  
dam. Quāobrem rectè non idem dicitur. THE. Rectè ni-  
mirū. HOS. Quinetiā si quo modo statum ipse motus ad-  
mitteret, motū stabilem nominare nequaquam esset ab-  
surdū. THE. Rectè, si quidē concesserimus è generibus  
quadam inuicem cōmunicare velle, quadam minimè.  
HOS. At verò ad huius prius demonstrationem, quā  
presentium refellendo peruenimus, quod videlicet sic na-  
tura se res habeat. THE. Cur non? HOS. Dicamus ite-  
rū motum alterum esse, quā ipsum alterum, quemad-  
modū aliud, quā idem, & status erat. THE. Necessè  
est. HOS. Est ergo, & alterū hac ratione quodāmodo et  
non alterū. THE. Verum. HOS. Quid verò deinceps?  
Num alterum ipsum, quā tria dicimus, non tamen à  
quarto diuersum, cū quinque illa esse confessi fuerimus, è  
quibus unū considerandum proposuimus? THE. At quō?  
Neque enim minorem illorū numerum, quā supra con-  
stitit, inducere possumus. HOS. Ergo nihil veriti asse-  
ueremus motū aliud esse, quā ens. THE. Assueremus  
protinus. HOS. Quare motus reuera non ens existit, &  
ens, quandoquidē entis est particeps. THE. Manifestū  
id quidem. HOS. Sequitur itaque non ens in motu, &  
in alijs generibus omnibus esse. Nam in singulis alterius  
ipsius natura, dū alterum unumquodque, quā ipsum  
ens efficit, nō ens efficit singula: atq; ideo cūctā similiter  
non entia hac de causa paucabimus, & quia ente partici-  
pant, esse iterū dicemus, entiaq; vocabimus. THE. Ap-  
paret. HOS. Ergo circa speciem quamlibet ens quidem mul-  
tiplex est, non ens autē multitudine infinitū. THE. Vi-  
detur. HOS. An non ipsum quoq; ens aliud, quā unū-

quodque aliorū est dicendum? THE. Necessè est. HOS.  
Ens itaq; quot numero alia sunt, totidem non est ipsum:  
nam cū illa ipsum non sit, unum quidem ipsum est: alia  
verò qua infinita sunt numero, non est. THE. Ita penè  
dicendū. HOS. Haud sanè turbare nos hac debent. si qui-  
dē natura generum mutuam cōmunionem habet. Siquis  
autē minus hac accipit, sciendū positū superioribus, conce-  
di hac insuper oportere. THE. Aequè dicis. HOS. Videamus  
& hoc. THE. Quidnam? HOS. Quoties nō ens di-  
cimus, ut videmur, nequaquā entis contrarium dicimus,  
sed alterū quiddam solum. THE. Quo modo? HOS. Cen-  
cum nō magnum dicimus, non magis paruum, quā e-  
quale eō vocabulo significamus. THE. Sic est. HOS. Nō  
ergo contrarium, quando negatio dicitur, significari fa-  
tebimur: tantum verò duntaxat asseuerabimus, quod  
non, & neg, aliquid ex aliorum numero significant,  
quando nomina antecedunt, imò quoties antecedunt res  
ipsas, circa quas nomina negationes sequentia pronuncia-  
tur. THE. Sic est oīno. HOS. Hoc praterea si tibi vide-  
tur meditemur. THE. Quid istud? HOS. Ipsius alterius  
natura eodē modo, quo et scientia, concisa videtur. THE.  
Dic age quo pacto? HOS. Vna quidē est et illa, pars autē  
illius in aliquo residēs, sigillatimq; determinata, cognō-  
mentum proprium est sortita: quocirca multa artes scien-  
tiaq; esse dicuntur. THE. Prorsus. HOS. Nonne &  
partes natura ipsius alterius, quae una est, idem quod &  
partes scientia patiuntur? THE. Forsitan. Verū quārōne,  
declara. HOS. Est pulchro pars aliqua ipsius alterius op-  
posita? THE. Est. HOS. Hancne omni cognomento care-  
re dicemus? an potius cognominari? THE. Cognomina-  
ri. HOS. Quod enim non pulchrū ubiq; pronunciamus,  
hoc non ab alio quoquam alterū est, quā à pulchri na-  
tura. Age itaq; ad hoc responde. THE. Ad quid respon-  
deam? HOS. Cum aliquid in parte quadam entium de-  
terminatū sit, rursusq; alicui entium opponatur, contin-  
gatq; ita non pulchrū dici, sequitur non pulchrum esse ali-  
quid, quando quidē est illud cui opponitur. THE. Rectè  
admodū. HOS. Nunquid ex hoc sermone pulchrū magis  
in numero entium, non pulchrum minus ponendum? THE.  
Nihilō magis. HOS. Similiter ergo tam non magnum,  
quā magnum esse dicendū. THE. Similiter. HOS. Quin  
etiam non iustum ex equo ac iustum esse asseuerandū. THE.  
Absq; dubio. HOS. Eademq; erit de ceteris ratio, post-  
quā alterius ipsius natura, è genere entium esse apparuit.  
Ea verò existente, necesse est, & partes eius nihilominus  
existere. THE. Quid prohibet? HOS. Oppositio ipsa  
quae est inter partē naturae ipsius alterius, partē mēe en-  
tis, nihilominus si dictū fuit est, quā ens ipsum essentia  
est: neque contrariū illius, sed alterum quiddam dun-  
taxat significat. THE. Perspicue. HOS. Quam igitur  
ipsam appellabimus? THE. Cōstat utique quod non ens  
id quod à nobis sophista gratia quesitū hoc ipsum est. HOS.  
An ut dicebas nihilominus, quā ceterorum quicquam  
essentiam habet? oportetq; audacter iam dicere, quod nō  
ens firmiter naturam suam habet, quemadmodum ma-  
gnū erat magnum, pulchrūq; erat pulchrum, ac etiā  
non magnum, & non pulchrum? Eodemq; pacto nō ens,  
secundum idem erat, & est non ens species una multis  
alijs entibus ad numerata. Nunquid ulterius circa hoc  
Theaete ambigimus? THE. Nequaquam. HOS. Ad-  
m uertisne

Quādo ne-  
gatio cōtra-  
riū non si-  
gnificat.  
Non.

Meditatio  
ipsius alte-  
rius.

Probat  
quod nō ens  
sit.

Quod non  
ens firmiter  
hēt naturā  
suam.

Non ens in  
quibus sit.



Carmina Parmenidis

Qui positio ni no credit reprobare debet, qui reprobare no ualet, credere debet.

uersisne quam longè à Parmenidis mente diuertimus? THE. Cur nam? HOS. Illius limites transgressi sumus, dum ulterius quam statuerit considerauimus & ostendimus. THE. Quo pacto? HOS. Quoniam, inquit ille, nūquam, & nullo modo sunt nō entia. Sed tu quarens ab hoc progressu cohibe mentem. Hæc ille. Nos aut non solūm, non entia esse ostendimus, sed qua sit non entis species demonstrauius. Cum enim ostenderemus alterius ipsius naturam esse, per q̄ omnia entia diuisam atque dispersam inuicem, tūc partem eius oppositam ei quod cuiusque ens est, esse ipsum re vera non ens asseruimus. THE. Vera prorsus, o Hospes, dixisse mihi Videmur. HOS. Nemo itaq; dicat, quod postquam non ens entis contrarium ostendimus, esse ipsum dicere audeamus. Nos enim iandiu vale ei diximus qui roget, quod contrarium est alicuius reuera sit necne, & ratione quadam subsistat necne, aut ratione careat. Quod autem nunc diximus esse nō ens, vel reprobare debet, qui minus credit, vel si reprobare non ualet, eousq; credere, quousq; contradicere nequit, quod uidelicet genera inuicem sint commixta, ensq; & alterum per se inuicem per q̄ alia omnia penetrando, sese mutuo capiant, dum alterum ente participat. Est enim ob participationem huiusmodi, non tamen est illud ipsum quo participat, sed aliud quiddam. Cum uero aliud sit, quam ipsum ens, necessario sequitur, ut non ens esse dicatur. Ens quoque ex eo quod est ipsius alterius participes, alterum quiddam ab alijs generibus est dicendum. Cumq; alterum sit, quam reliqua cuncta, nec unum aliquid ex illis, neq; cuncta existit, sed ipsum quod est duntaxat. quapropter ens absq; dubio in plurimis plurima non est. Et alia quoque similiter, tam uniuersa, quam singula multifariam quidem sunt, & multifariam nō sunt. THE. Vera narras. HOS. Siquis contrarijs hisce cōuersionibus fidem non praestat, cogitare debet, ut meliora, quam hæc inducat. aut siquis quasi arduū quiddam inuenit, gaudet nunc huc, nunc illuc sermones trahens, is sciat haud sanè multo studio digna se excogitauisse, quæ admodum sermones hi testantur. Hoc enim neq; egregiū aliquid, neq; inuentu difficile est, sed illud arduum atq; præclarum. THE. Quidnam? HOS. Quod & supra dictum est, ut his tanquam leuibus omisiss, ea quæ eadem planè sunt redarguere unaquaque in re possit: siue quod alterum est, idem, siue quod idem, alterum, atq; id eadem utrunq; ratione, esse conuincens. Nam quod idem est, alterum, aut quod alterum, idem etiam quoquomodo esse, & quod magnum est, paruum, & quod simile, dissimile etiam sit, ostendere: & contraria hoc pacto connectere, haud uera redargutio est, sed uix leuiter rem attingens, rudisq; & nuper nata. THE. Omnino quidē. HOS. Nam omne ab omni secernere, o adolescens optimè & inconcinnum est, et hominis musica philosophiaq; prorsus expertis. THE. Quamobrem? HOS. Ois penitus oratio deletur, si unumquodq; ab omnibus segregatur. Nam propter mutuam specierum copulā oratio constitit. THE. Sic est. HOS. Aduerte obsecro, quam opportune nunc aduersus istos pugnantes cogimus eos, ut alterum alteri commisceri permetterent. THE. Ad quid maximè? HOS. Ad hoc ut oratio unum aliquid è generibus sit. hoc enim si priuaremur, philosophia ut plurimum careremus. Oportet præterea in præsentia communi cōsensu

quid oratio sit, definire. quod si penitus è medio tolleretur, nulla de re loqui possemus. Tolleretur autem si concessum esset nullam esse rerum cōmixturem THE. Rectè id quidem. Verum qua de causa, nunc oratio definienda sit, non intelligo. HOS. At fortè hoc modo percipies. THE. Quo? HOS. Non ens constitit unum quoddam reliquorū generum existens, per omnia quæ sunt, diffusum. THE. Constitit. HOS. Considerandum ergo deinceps, utrum opinioni atque orationi immisceatur. THE. Cur? HOS. Quoniam si nullo modo his immisceatur, uera esse omnia necesse est. sin autem miscetur, falsa opinio, oratioq; falsa exoriuntur. Dicere. n. et opinari non entia, hoc ipsum falsum est, orationi et cogitationi contingens. THE. Sic est. HOS. Cum uero sit falsitas, deceptio sequitur. THE. Statim. HOS. Orta deceptio, necesse est simulacris & imaginibus phantasiaq; cuncta repleri. THE. Nihil re-pugnāt. HOS. Sophistam uero dicebamus hunc in locū confugisse, dum falsum nullo modo esse diceret, quia nō ens nemo cogitet, vel pronunciet, cum non ens nulla ex parte sit essentiae particeps. THE. Sic est dictum. HOS. Nunc autem hoc entis particeps nobis apparuit: quapropter haud ultra hac quidem parte pugnabit. Fortè uero dicit, quasdam è speciebus, cū non ente participare, quasdam minimè, orationem, & opinionem ex illorum numero esse, quæ non participant: & idcirco facultatem illā phantasticam simulacrorum magistrā, in qua illum locauimus, nusquam esse contendet, postquam opinio oratioq; cum non ente nullo modo participat: falsumq; nihil esse dicit, cum nulla cōmunio talis reperitur. Quæ obrem, quid oratio sit opinioq; & phantasia, primo inuestigandum, ut his declaratis, eorum cum non ente cōmunionem conspiciamus: qua inspecta, falsum esse aliquid ostendamus: cumq; hoc ostenderimus, in eo Sophistā, si quidem reus est, uinciamus, aut etiam illum absoluentes, alio quodam in genere deinde queramus. THE. Verum oī no uidetur hospes, quod ab initio de Sophista prædiximus, quod uidelicet præhensu difficile genus hoc prorsus sit. Multis enim obycibus circumseptus uidetur, neq; ad eum peruenire quis potest, nisi prius obstaculum quod obiecit ille, submouerit. Et nunc quidem uix tandem obiectionem illam euasimus, quæ non ens nullo modo esse intrulerat. Continuo siquidem aliud est obiectum. Vnde oportet, & orationem, & opinionem falsas esse posse ostendere, ac forsitan post hoc aliud, aliudque post illud, nullusq; terminus inuenietur. HOS. Forti animo persequi Theetete debet, quisquis progredi, vel aliquando in eo quod cœpit, potest. Quomodo enim qui in istis hæsitet, in alijs audeat unquam? Nā qui in illis, aut nihil efficit, aut retro repellitur, nunquā, ut prouerbio fertur, expugnabit urbē. Nunc uero postquam quod dicebas tras actum nobis est, & ingens propugnaculum captū, reliqua posthac minima, leuioaq; supersunt. THE. Præclare loqueris. HOS. Orationem itaque primo opinionemue capiamus, ut clarius ostendamus, utrum non ens hæc attingat, an uero omnino sint ambo, falsumq; neutrum. THE. Optimè. HOS. Age quemadmodū circa species, & literas diximus, similiter circa nomina rursum excogitemus. Videtur enim quod nunc queritur ita sese habere. THE. Quid potissimum de nominibus uis intelligi. HOS. Vtrū omnia inuicem congruant, aut nullum, aut quedam consonent,

A non em falsitas, & falsitate de cepio

Vis phantastica simulacrorum

Prouerbio



consonent, alia dissonent. THE. Patet quod quaedam congruunt, quaedam minimè. HOS. Fortè tale quiddam ais, quod quæ consequenter dicta aliquid exprimunt, inuicem congruunt: quæ verò continuata nihil significant, non cōueniunt. THE. Quomodo? quidne dicebas? HOS. Quod intelligere te, & fateri putavi. Duo nanque sunt genera declarationum earum, quæ circa essentiam voce fiunt. THE. Quo pacto? HOS. Vnum quidem nominum genus, Verborum alterum. THE. Dic Vtrumq;. HOS. Declarationem qua actiones significantur, Verbum dicimus. THE. Sanè. HOS. Signum autem vocis agentibus ipsis impostum, nomen. THE. Prorsus. HOS. Ex solis nominibus ordine prolati oratio nunquam efficitur, neq; rursus ex verbis absq; nominibus pronuntiatis. THE. Hæc non didici. HOS. Constat utiq; quod aliò intendes animum paulò antè assentiebare. nam hoc ipsum est, quod dicere volebam, quod ista si solum ita continuata pronuntiantur, orationem non faciunt. THE. Quomodo? HOS. Ut vadit, currit, dormit, & alia uerba quæcunq; actiones significant: quæ si quis subiungat omnia, nihilo magis orationem facit. THE. Sic est. HOS. Rursusq; cum dicitur, leo, ceruus, equus, cateraq; nomina, quæ ipsos agentes significant, nõdum hac continuatione oratio vlla conficitur. Nam quæ proferuntur, haud antè actionem, vel actionis impedimentum, aut essentiam, siue existetis rei, seu non existentis ostendunt, quàm uerba nominibus miscantur. Tunc verò primum conueniunt, statimq; fit oratio, & prima horum complexio, prima oratio est, etiam si sit breuissima. THE. Qui isthuc inquis. HOS. Quando quis dicit, homo discit, oratione hanc esse ais primam atq; breuissimam? THE. Equidem. HOS. Tunc sanè declarat aliquid de his, quæ sunt uel fiunt, aut fuerunt iã, aut erunt. Neq; nominat tantũ, sed et definit aliquid, uerba nominibus copulans. Ideoq; non modo nominare, uerũ etiã loqui ipsum dicimus, talisq; contextui nominũ orationis nomen indidimus. THE. Rectè. HOS. Enimuerò quæ admodum res aliqua consonant inuicem, ut supra diximus, aliqua dissonant, ita & signa uocum, quaedam nequaquam conueniunt, quaedam congruentia orationem cōficiunt. THE. Prorsus. HOS. Accipe et hoc breue. THE. Quale istud. HOS. Orationem necesse est quoties fit, alicuius esse orationem: nullius enim esse orationem impossibile est? THE. Ita uidetur. HOS. Nonne & qualem quandam esse ipsam oportet? THE. Oportet sanè. HOS. Animaduertamus obsecro diligẽter. THE. Decet. HOS. Afferam orationem tibi, rem cum actione per nomen uerbumq; coniungens: cuius autem oratio sit, tu dicis. THE. Efficiam, ut potero. HOS. Theætetus sedet, num oratio ista prolata? THE. Nõ, sed mediocris. HOS. Tuum est nũc dicere, de quo & cuius oratio est. THE. De me uide licet, atq; mea. HOS. Hæc etiam? THE. Quæ nã? HOS. Theætetus hic quicũ ego nũc disputo, uolat. THE. Nemo de hac quoq; aliter diceret, nisi quod de me meaq; est. HOS. Diximus qualem quandã esse oratione quamlibet oportere. THE. Diximus. HOS. Vnam uerã, alterã falsam. Vera oratio ea quæ sunt, ut sunt, de te prædicat. THE. Certè. HOS. Falsa autem, alia quàm quæ sunt. THE. Profectò. HOS. Quæ nõ sunt ergò, quasi sint asserit. THE. Sic ferme. HOS. Et quæ reuera sunt, alia de te dicit. Multa siquidẽ entia circa vnumquodq; esse prædiximus, multa

quoq; non entia. THE. Omnino. HOS. Primum quidem necesse est orationem illam, quam secundo loco de te protuli, secundum orationis definitionem, unam quandam ex breuissimis esse. THE. Sic. n. inter nos conuenit. HOS. Deinde exprime, nõ alicuius sit. THE. Alicuius. HOS. Si tua nõ est, alterius multominus. THE. Patet. HOS. Si nullius est, neq; oratio prorsus est. Nam ostensum est, fieri non posse, ut quæ oratio est, nullius oratio sit. THE. Scitè. HOS. Ergo quoties de te altera ita prædicantur, ac si eadem essent, & quæ non sunt, perinde ac si sint, huiusmodi quaedam ex uerbis ac nominibus compositio proculdubio fit oratio falsa. THE. Vera admodum loqueris. HOS. Quid autem de cogitatione, opinione, & phantasia dicemus? nõne iam constat quod hæc omnia genera, tum uera, tum falsa in animis nostris efficiuntur? THE. Quæ rone? HOS. Sic intelliges facile, si prius quid unũquodq; istorum sit, quouè inter se singula differant, acceperis. THE. Exhibe modo. HOS. Nonne cogitatio et oratio idem? nisi quod cogitatio dicitur illa ipsa sine strepitu uocis interior collocutio, qua sese animus noster alloquitur. THE. Penitus. HOS. Sed per os effluxit prolationis ab illa oratio nuncupatur. THE. Verum. HOS. Quinetiam in oratione hoc animaduertimus. THE. Quid? HOS. Affirmationem inquam, et negatione. THE. Nempe. HOS. Quando igitur hoc in anima per cogitationem silẽtio fit. potèstne alio, quàm opinionis nomine nuncupari? THE. Nequaquam. HOS. Quid uerò? cum non per ipsam, sed per sensum rursus talis passio accidit, potèstne aliter, quàm phantasia cognominari? THE. Non aliter. HOS. Postquam oratio partim uera, partim falsa esse apparuit, cogitatio uerò interior ipsius anima collocutio, opinio uerò cogitationis conclusio, in qua opinionis sensusq; commixtio reperitur, necessarium esse uidetur, ut cogitationes opiniononesq; partim uera, partim falsa sit: quippe cũ sint orationi cognata. THE. Nihil repugnat. HOS. Aduertisne nos facilius, quàm putabamus, orationem & cogitationem falsas interdum esse inuenisse? Metuebamus sanè ne opus irricum & inexplicabile ista quærentes aggredieremur. THE. Aduerto. HOS. Ergò ne reliqua metuamus: uerum postquam patefacta sunt ista, superiores illas secundum species diuisiones in memoriam reuocemus. THE. Quales? HOS. Imaginariam artem in duas diuisimus, a simulatricem scilicet & phantasticã. THE. Sic egimus. HOS. Vtra uerò in arte Sophistam collocaremus, ambigebamus. THE. Profectò. HOS. Post hanc ambiguitatem repente profundior emerfit caligo, cum sermo ille cunctis dulcius inferretur, quod neq; imago, neque simulacrum, neq; phantasma omnino usquam est, quia nullo modo, usquam, unquam falsum extet. THE. Vera narras. HOS. Nunc autem postquam apparuit quidam oratio, apparuit & opinio falsa, possibile est simulacra quaedam rerum uerarum amula esse, & ab hac dispositione artem decipiendi manare. THE. Possibile certè. HOS. Quinetians quod in his Sophista uersatur, est concessum. THE. Est. HOS. Adnitamur iterum bifariam genus propositũ partientes semper ad dexteram progredi diuisi partem, & quæ cũ Sophista quoquo modo cõmunicant, circumspicere, ut communibus omnibus amputatis propriam eius sedem atque effigiem & nos inueniamur, & his qui ad huiusmodi disciplina progressum

Que voces  
sint congrue  
tes, quæ nõ:

Verbum:  
Nomen.

Prima ora-  
tio ac breuis-  
sima, homo  
scit.

Quid cogi-  
tatio, na ea  
dem oratio.

Oratio.

Opinio.

Phantasia.



natura accedunt, quàm proximè ostendamus. THE. Probè. HOS. Nõne ab initio artem efficiendi vnam, acquirendi alteram partientes induximus? THE. Certè. HOS. Diuisa postmodum acquirendi arte sub ea Sophistã locauimus in Venatione, certamine, mercatura, et huiusmodi speciebus. THE. Sic prorsus est actum. HOS. Nunc verò postquam efficiendi quoque ars Sophistam complexa est, constat in primis artem hanc esse bifariam diuidendam. Imitatio quippe effectio quadam est, simulacrorum scilicet non verarum rerum, quemadmodum supra diximus. Nõne? THE. Proculdubio. HOS. Effectricis igitur facultatis dua primum sint partes. THE. Quæ? HOS. Diuina & humana. THE. Nondum intelligo. HOS. Si modo quæ supra dicta sunt, recordamur, effectricem facultatem dicimus vim quandam, quæ causa est, vt sint postea, quæ antè non fuerant. THE. Recordamur. HOS. Animalia cuncta mortalia, plantasq; quacumq; terra ex seminibus radicibusue nascuntur, & quacumq; inanimata in terra consistunt, siue liquefieri possint, siue non possint, nõquid alio quodam opifice fabricata, quàm Deo, facta esse, cum prius non fuissent, dicimus? an multorum doctrinam sermonesq; sectabimur? THE. Quorum? HOS. Dicentium, ista natura ipsa gigni à causa quadam fortuita, sine mente hæc agere: vel cum ratione potius scientiaq; diuina, quæ ab ipso Deo sit orta. THE. Ego fortè propter ætatem, tum hoc, tum aliud opinor. In presentia verò ad te respiciens, putansq; existimare te, per Deum hæc omnia gigni, idem ipse quoque existimo. HOS. Rectè admodum Theatete. Ac si te putarem in posterum aliter opinaturum, nunc ratione simul cum necessaria quadam persuasione, vt nobis crederes efficeremus. Quoniam verò eius ingenij esse te noui, vt etiam sine nostra demonstratione vtro ad illa sis profecturus, ad quæ nunc trahi te dicis, dimittam. Nam superuacua disputatio talis esset. Ponam verò illa, quæ natura gigni dicuntur, arte diuina fieri: quæ autem ex his ab hominibus componuntur, humana: atq; hæc ratione duo effectricis facultatis genera, humanum videlicet, et diuinum. THE. Praclare. HOS. Cum verò dua sint artes, vtranz bifariam diuide. THE. Qui? HOS. Quem admodum ars effectrix vniuersa per latitudinem est diuisa, ita nunc per longitudinem diuidatur, atq; ita quatuor illius partes efficiuntur, dua quo ad nos humana, dua iterum quo ad deos diuina. THE. Profecto. HOS. Ex his quidem rursus aliter nunc diuisis, vtriusq; partitionis pars vna est effectrix, reliquæ autem imaginaria nominantur. Vnde rursus efficiendi facultas in duo diuiditur. THE. Dicas iterum quemadmodum vtraque. HOS. Homines vtiq; & animalia cetera, eadè ex quibus ista gignuntur, ignis & aqua, horumq; germana, Dei opera esse cognoscimus. THE. Nempe. HOS. Post hæc horum simulacra sequuntur demonum quadam machinatione producta. THE. Quali? HOS. Phantasmata enim quæ dormientibus occurrunt, quæq; in die per se absque arte videntur, vmbra quidem cum tenebra ignimiscantur: duplex autem, quando lumen proprium & extraneum circa perspicua leuiasq; in vnu concurrunt, sensumq; contrarium solite visionis pbens, speciem efficit. THE. Duo ergò sunt ista diuina effectiois opera, res videlicet singula, singulasq; res sequentia simulacra. HOS.

Ars autem humana, nõne per architecturam domum fabricat, per picturam verò domus imaginem, veluti quoddam humanum insomnium vigilantibus factum? THE. Nulli dubium. HOS. In alijs quoq; similiter per duo partiendo, gemina opera effectricis nostræ actionis inuenimus. Ipsam quippe rem principali facultate, imaginem verò amulatricem illa facientes. THE. Planè iam intelligo, ac duas bifariam pono effectricis species facultatis. Primo siquidem in diuinam partior, & humanã, deinde & in rerum ipsarum & in imaginum effectricem. HOS. Reminiscamur obsecro duo dixisse nos imaginaria facultatis genera esse oportere, a simulacrorum scilicet et phantasticum, si modo aliquid reuera falsum, & falsum vnum aliquid eorum, quæ sunt, sit futurum. THE. Dictum certè. HOS. Nõne constitit? ideoq; nunc ipsi duas sine controuersa species adnumerabimus? THE. Sanè. HOS. Phantasticum itaque rursus in duo secundum. THE. Quomodo? HOS. Vnum per instrumenta factum, alterum illius, qui sese instrumentum phantasma efficiens exhibet. THE. Qui isthuc ais? HOS. Quoties aliquis figuram tuam usurpans, corpus suum tuoreddat per simile, seu vocem voci, imitatio ista phantastice nuncupatur. THE. Vtiq;. HOS. Imitatoriu hoc appellantes ita distribuamus, & reliquum omne quasi iam quietis cupidum prætermittamus, concedamusq; alteri, vt in vnu colligat, & conueniens ipsi tribuat cognomentum. THE. Distribuatur vt vis, & hoc dimittatur. HOS. Hoc præterea duplè, ò Theatete, existimandum. Quam verò ob causam, animaduerte. THE. Dic. HOS. Eorum qui imitantur, aliqui cognoscentes quod imitantur, hoc agunt, aliqui autè ignorantes. An maiorem aliquam discrepantiã diuisionemq; quàm ignorantia cognitionisq; ponemus? THE. Nullam. HOS. Nõne ea quomodo dicebamus, cognoscentium imitatio erat? figuram quippe tuam imitatur ille, qui te cognoscit. THE. Ille ipse. HOS. Quid autè de iusticie virtutisq; vniuersa figura dicendū? an non multi dum ignorant, nosse autem hanc opinantur, quod illis videtur id ipsum imitantes, tam verbis, quàm operibus annuntur, vt inesse ipsis appareat? THE. Atque admodum multi. HOS. Nunquid ita illos spes fallit, vt sicut iusti non sunt, ita nec etiam videantur? an contra? THE. Contra. HOS. Imitatorem hunc diuersum ab illo superiori dicemus, ignorantem à cognoscente? THE. Dicemus planè. HOS. Vnde igitur nomen vtriusque proprium deducetur? an videlicet difficile est, quia causa quadam vetus diuisionis generum in species, superioribus nostris ignota fuerit, adeo vt nemo partiri contenderit, ideoq; nominum inopes esse necesse est? Et si dictu audacius videri potest, declarationis tamen discretionisq; gratia, imitationem illam opinionis comitem, opinabilem imitationem: illam verò quæ scientia, historiam quandam scientiamq; imitationem vocemus. THE. Esto. HOS. Harum quidem appellationum altera duntaxat vtendum. Nam Sophistam, & si in genere imitantium, nõ tamen in genere scientium posuimus. THE. Sic est. HOS. Hunc itaq; opiniosum imitatore tanquã ferrum examinemus, sit ne solidus, simplexq; an contra geminum, duplexq; in se quiddam habens. THE. Examinemus. HOS. Certè admodum multiplex. Nam Sophista alius fatuus & ineptus est, quæ opinatur



natur scire se putans. Alterius vero fama, propter Variam in sermonibus reuolutionem, certe sufficionem plurimam metumq; habet, ne forte ignoret illa, quae cora alijs scire se simulat. THE. Oino ex utrisq; generibus est, vt narraſti. HOS. Nonne igitur vnum quidem simplicem, alteru ironicum imitatore ponemus? THE. Consentaneu est. HOS. Huius iterum genus vnum an duo dicimus? THE. Tu videris. HOS. Cogito equidem, ac duo cogitant mihi se offerunt. Vnus quidem publice proluxa oratione apud populu ironia vtens: alter priuatim minutis quibusdam captiuiculis cogens eum qui cum ipso disputat, si bimet in sermonibus contradicere. THE. Recte admodu loqueris. HOS. Quomodo superiore illu denominabimus? civilé mne, an popularem? THE. Popularem. HOS. Alterum vero Sophon, id est sapientem, an Sophisticum? THE. Sapientem quide vocare illum non licet, quandoquidem ignorantem ipsum posuimus: Quoniam vero sapientem imitatur, cognomentum quoddam illius simile sortietur. Ac demum intelligo, hunc ipsum prorsus, & reuera Sophistam appellari decere. HOS. An non vt supra, ita nunc nomen eius colligabimus a fine iterum ad principium oia complexi? THE. Omnino. HOS. Is demu Sophistam vere definit, qui generatione eius, et stirpem esse istam asseuerabit. Sophista inquam est, qui in sermonibus disputante cogit contradicere sibi ipsi, qui & ironici pars est, ab imitatore opinioso veniens, phantastici ite generis, ab imaginaria facultate profluens, no diuina, sed humana effectiois determinata progenies, ex eorumq; numero qui verbis, quasi quibusdam pſtigijs, miru in modum decipiunt auditores. THE. Ita prorsus dicendum.

MARSILII FICINI APOLOGVS  
in librum Platonis, De regno, ad Federicum  
Vrbini ducem semper inuictum.



**I**VPITER optimus maximus, cum optaret tale in terris quandoque regnum proficere, quale in caelo semper apud se conspicit, iadiu per ipsam diuini regis ideam, regiu quendam diuinuq; animum demisit in terras. Conuocatisq; caliculis imperauit, vt oes futuro huic regi suffragarentur, quem superi quidem, & a fide regia Fiderregum, & ab orbis imperio Orbinatem Ducem iam nominarent, & homines vero mutatis literis Federicum Vrbinatem Ducem essent appellaturi. Assensere omnia Ioui praeter lunonem numina. Sola enim Iuno crastioris aeris ambitiosa regina caeleste terris regnum haecenus inuadet. Verum Pallas Mercuriusq; fauentibus alijs, & teste Veritate, coronam sceptruq; regium iam pridem viro eidem, cui & Iupiter, libentissime contulerant. Cum vero academia passum Palladem, Mercuriumq; colat atque sectetur, ipsa quoque regnum orbisq; totius monarchiam, qualem diuinus Plato describit, Federico Vrbinati duci. tum ex Iouis sententia, tum ex testimonio Veritatis optime merito felicissime tribuit.

PLATONIS CIVILIS,  
VEL, DE REGNO.

MARSILII FICINI  
ARGVMENT.



**V**M DEVS atque natura hominem agendo producant, eum certe producant, vt agat, agat inquam gratia diuinorum. Quemadmodum vero alius finis est cuius gratia natura efficit pollicem, alius cuius gratia manum siue pedem, aliusq; rursum ad quem totum efficit hoitem: sic alius finis est ad quem hoitem dirigit singularem, alius quoque ad quem familiam, itemq; alius ad

quem ciuitatem atque regnum. Ac denique finis ille existimandus est optimus, cuius gratia Deus totum genus humanum procreauit. Ne mo vero existimet, cum proprii cuiusque catus certus sit finis, nullum esse totius: cumq; humanae vitae partibus insit ordo, in vniuerso tamen vitae genere esse confusionem: demque cum partes ob finis vniuersi intentionem inter se habeant vniorem, totum ipsum esse dispersum. Quoniam necesse est certum esse humani generis finem, eumq; in actione quadam circa perfectiora consistere, per quam & superiora pro viribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet: scientia quidem naturalia perferretur, prudentia vero disponat humana, pietate autem diuina colat atque veneretur. Eiusmodi ergo finis vita existit geminam, & in actione & in contemplatione similiter constitutam, eo tamen pacto, vt actio contemplationis tanquam diuini gratia sit instituta. Caterum absoluta vtriusque vitae perfectio, totantisq; & tam varijs adminiculis indiget, vt neque a paucis quibusdam, neque etiam a multis hominibus, sed ab vniuerso simul hominum genere duntaxat possit expleri. Fieri vero non potest, vt tam diuersae gentes per media tam diuersa ad vnum omnium comunemq; finem perducantur, nisi ab vno per vnam quandam legem cunctos in vnum pariter conducente. Quemadmodum neque fabri ministriq; genere simul atque ingenio longe inter se discrepantes, materias admodum varias ad formam vnam edificij conferentes, in vnum vniquam comode congregabunt & construunt opportune, nisi ab vna quadam architecti vniuersa lege regantur. Quapropter non iniuria Plato cum regem quereret mundi monarchiam, principio architectu produxit in medium, scientiamq; in tria tandem distinxit genera. Quorum primum in cognoscendo, secundum in agendo, tertium in faciendo versatur. In primo arithmetram geometramq; in secundo architectum, in tertio fabrum ministrumq; collocavit, prolans architecti facultatem inter speculationem solam solumq; ministerij mediam esse ponendam, magis tamen speculationis quam ministerij esse participem, neque iudicare solum geometrarum more, nerum etiam facientibus imperare, opificioq; semper adesse. Qualem ferme vult regem esse debere, qui videlicet & contemplantium more vera dyndicet, & iura non aliena quidem, sed sua mandet agenda. Proinde Plato exactissima vsus diuisione, quae definitioni scientiaq; admodum necessaria est, Regem Homero more nominat generis humani pastoré atque curatorem. Quem totius humani generis vniuersi quasi oculis vnum esse pastorem debere designat, ubi Deum inquit quondam humani generis fuisse pastorem, sub quo et regnum illud Saturni aureu existisse. Gubernatorem quoque regem humanae vitae quasi nauis ius dicat appellandum. Significat aut in vnum esse imperium omnium conferendum, vt humana gubernatio diuina quam simillima sit. si quidem et Deus vnus mundi totius est rector. Quod quidem his quoque breuiter rationibus confirmatur. Principio si tres mundi partes, Asiam, Africam, Europam, regibus distributas tribus subegeris, facile admodum continget vt vel vnus duobus, vel duo vni quandoque inferant bellum, aut saltem de finibus, aut alia quapiam de re disceptare cogantur. Itaque vel inter eos ad vnum trium erit litis iudicium deferendum, vel ad quartum quendam praeter tres iudicem constitutum. Quacunque tandem id ratione fiat, necesse erit iudicem, si modo sententia sit illius acquiescendum, imperium in eos inter quos iudicatur, habere. alioquin nullius momenti erit iudicium, frustra iudicabitur, quod videri possit regibus, vel magis, vel saltem aequis potentibus dissoluendum. Vnum igitur oportet esse regem omnium iudicem, omnibus proculdubio venerandum. Praeterea virtutum exemplar subiectis oportet esse regem. Maxime vero talis erit, si vnus fuerit ante omnes, in quem oculos cuncti coniciant. Qui si orbem totum possederit, nec regnum ulterius affectabit, nec alius inuadebit. Qui duo scilicet cupiditas & inuidia, solent rapinas et bella potissimum procreare. Et cum sua cuique charissima sint, maxime diliget omnes tanquam suos, pariterq; omnes diliget nationes, pariterq; curabit. Optabit pacem summopere, cupiet tranquillitate, honorumq; omnium copiam, qualis vti que monarchiae umbra quaedam apparuit imperante Octauiano. Subditi vero & iustissime vident, cum iniustis nullus vsquam pateat fuga aditus sub monarcha: & quamuis in minima peccandi licentia, tamen in summa libertate vident, non tyranis, paucisue potentibus, vel insipientis populi subiecti furoribus, sed a sapiente & iusto pioq; rege sic ad comune bonum perducti, tanquam nauis a prudentia iusti gubernatoris ad portum. Qua quidem in te & qui reguntur obtemperando regi sibi ipsi consulunt, & rex ipse non tam sibi met quam cunctis qui sua cura a Deo commisi sunt, viuet. Recta enim gubernatio quemadmodum in libris De republica disputatur, gubernatorem quidem eorum, qui gubernantur gratia, non gubernatos gratia gubernatoris instituit. Comparat praeterea regem medico, monens vt medicorum more & opportune, & si opus fuerit importune, & volentibus, & quandoque nolentibus

Vnde dicitur  
Eius Sophi-  
sta.

Vltima so-  
phi: & defi-  
nitio.

Hic  
dum. Quem  
hos. Eorum  
imitantur, in  
aliquam  
cognitionem  
quomodo di-

Hic  
hos. Eorum  
imitantur, in  
aliquam  
cognitionem  
quomodo di-

Hic  
hos. Eorum  
imitantur, in  
aliquam  
cognitionem  
quomodo di-

Hic  
hos. Eorum  
imitantur, in  
aliquam  
cognitionem  
quomodo di-

Hic  
hos. Eorum  
imitantur, in  
aliquam  
cognitionem  
quomodo di-